


Urkunden der Markgrafen von Meissen und Landgrafen ...

Otto Posse,
Saxony (Kingdom)



29

CODEX DIPLOMATICUS
SAXONIAE REGIAE.

ERSTER HAUPTTHEIL.

II. BAND.

CODEX DIPLOMATICUS
SAXONIAE REGIAE.

IM AUFTRAGE
DER
KÖNIGLICH SÄCHSISCHEN STAATSREGIERUNG

HERAUSGEGEBEN
VON
OTTO POSSE
UND
HUBERT ERMISCH.

ERSTER HAUPTTHEIL.
II. BAND.

LEIPZIG
GIESECKE & DEVRIENT.
1889.

URKUNDEN

DER

MARKGRAFEN VON MEISSEN

UND

LANDGRAFEN VON THÜRINGEN.

1100—1195.

IM AUFTRAGE

DER

KÖNIGLICH SÄCHSISCHEN STAATSREGIERUNG

HERAUSGEGEBEN

VON

OTTO POSSE.

MIT ZWEI TAFELN.



LEIPZIG

GIESECKE & DEVRIENT.

1889.

ALD

DD

EOI

.532

U75

1889

INHALT.

	Seite
<u>Erkunden</u>	<u>1</u>
<u>Nachtrag</u>	<u>414</u>
<u>Nachrichten zur Geschichte der Wettiner des 12. Jahrhunderts aus den Nimbarger Fragmenten</u>	<u>414</u>
<u>Register</u>	<u>417</u>

VORBERICHT.

Der vorliegende Band umfaßt die Urkunden der Markgrafen von Meißen und der Landgrafen von Thüringen aus der Zeit von 1100—1195. Er schließt mit dem Todesjahre des Markgrafen Albrecht des Stolzen.

Tafel I der Beilagen bringt die älteste von einem Wettiner Fürsten ausgestellte und im Original erhaltene Urkunde vom Jahre 1118 (No. 55). Mit Rücksicht darauf, daß dieses für die älteste Geschichte des Wettiner Gesamtthauses hochwichtige, durchaus echte (vergl. Posse, Die Lehre von den Privaturkunden 78) Dokument bisher für gefälscht gehalten wurde, erschien es zweckmäßig, dasselbe in Nachbildung vorzulegen.

Die zweite Tafel bringt 4 Blätter aus dem sogenannten Epistolarcodex des Klosters Reinhardsbrunn (Saec. XII), welcher sich in der Gräfl. Schönbornschen Bibliothek zu Pommersfelden bei Bamberg befindet¹⁾. Wiedergegeben sind hier No. 104 und 249 des vorliegenden Urkundenbuches. Eine photographische Nachbildung des ganzen Codex und die zugehörigen Platten werden in der photographischen Abtheilung des Hauptstaatsarchivs aufbewahrt.

Die Siegel sind zitiert nach den Nummern meines vor Kurzem erschienenen Werkes: „Die Siegel der Wettiner bis 1324 und der Landgrafen von Thüringen bis 1247. Nach den photographischen Aufnahmen des Herausgebers in Lichtdruck ausgeführt. Leipzig, Giesecke & Devrient, 1888“.

DRESDEN, den 23. April 1889.

Otto Posse.

¹⁾ Ueber die Natur dieser Briefe als Schulstücke vergl. Wattenbach im Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen 14, 57.

Papst Paschalis II. nimmt das vom Grafen Ludwig gegründete und dotirte Kloster Reinhardtsbrunn in seinen Schutz und bestätigt dessen Rechte und Freiheiten. Lateran, 1102 April 11.

Höchr., Or. Perg. Hous. und Städtarchiv Gotha Q Q I. g. 8. — Photographie Hauptstaatsarchiv Dresden. — Bulle an gelbweissen Fäden kämperl verlesen.

Gebr.: Stumpf, Acta Moguntina 3.

5 :Paschalis episcopus servus servorum dei dilecto in Christo fratri Gisleberto
 abbati venerabilis monasterii sancte dei genitricis et virginis Marie sanctique Iohannis
 evangeliste, quod in loco | situm est, qui Reginherisbrunn dicitur, eiusque successoribus
 10 regulariter substituendis in perpetuum. Iustis votis assensum prebere iustisque petitioni-
 bus | aures accommodare nos convenit, qui licet indigni iusticie custodes atque precones
 in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi domino disponente conspi-
 cinur. Tuis igitur, fili in Christo venerabilis atque karissime, iustis petitionibus annuentes
 monasterium Reginherisbrunn, cui deo auctore presides, ad honorem sancte dei genitricis
 15 et virginis Marie sanctique Iohannis evangeliste, quorum nomini dedicatum est, sub tutela
 apostolice sedis specialiter confovendum protegendumque suscepimus. Quod nimirum
 monasterium Lindowicus comes infra silvam, que vocatur Linba, propriis sumptibus edi-
 ficans et propriarum possessionum collatione ditans pro anime sue ac parentum suorum
 salute beatis apostolis Petro et Pavlo noscitur obtulisse et in Romani pontificis defensionem
 20 vos perpetuo delegasse. Eius ergo votum assensionis nostre firmantes per huius
 nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut, quicquid idem religiosus
 comes in mancipiis in campis silvis pratis aquis aquarumque decursibus in moleudinis et
 in mansis circa silvam Linbe prediorum prefato cenobio contulit, quicquid preterea hodie
 25 fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata
 permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere
 perturbare aut ei subtilitas possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis
 vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac
 gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salvo episcoporum iure canonico.
 30 Obeunte nunc eius loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus tibi qualibet sub-
 reptionis astutia vel violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum

pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Quod si in suo collegio invenire nequiverint, qui huic regimini idoneus habeatur, liceat eisdem, quocumque maluerint loco, sui ordinis virum suęque professionis assumere. Crisua, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, siquidem gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui apostolice selis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sane predictum comitem vestri cenobii advocatum, sicut a vobis est electus, permaneat, quamdiu vixerit, eiusque posteros, si idonei fuerint, statuente. De cetero sancimus, ut nullus unquam vestri monasterii advocatus esse presumat, nisi quem fratres communi consensu providerint eligendum. Ad iudicium autem percepte a Romana ecclesia libertatis secundum ipsius iam dicti comitis constitutionem per annos singulos duos monete vestre solidos Lateranensi palatio persolvatis. Si quis autem in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut persona quelibet potens aut impotens huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eum honoris sui et officii periculo subiacere decernimus et a Christi atque ecclesię corpore auctoritate potestatis apostolicę segregamus, conservantibus autem pax a deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen. Amen. Amen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scriuarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholice ecclesię episcopus ss.

(O.)

(Ben. val.)

Datum Laterani per manum Iohannis sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis iii. idus april., indictione x̄, incarnationis dominię anno sc̄m̄, pontificatus autem domni Paschalis ii. pape iiii.

(BD.)

1^a.

Kaiser Heinrich IV. bestätigt dem Kloster Reinhardsbrunn auf Bitten des Grafen Ludwig das in seiner Grafschaft gelegene Gut Biebing.

Mainz, 1103 Sept. 26. 30

Hbschr.: Fälschung, Psg. Hans- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 7. — Phot. H. N. A. — Das gute hohene S. ist gefälscht. Geiz.: Nauwē, Die Fälschung der ältesten Reinhardsbrunner Urkunden III. Stumpf 2567.

Ann.: Die Urkunde ist eine grobe Fälschung aus dem Anfang des 13. Jahrhunderts. Vgl. Col. dipl. Sax. reg. I. 1, 298 und Nauwē a. O. Ich hätte bereits vor Jahren eine Untersuchung über die Reinhardsbrunner Fälschungen zum Abschluß gebracht, aber mit Rückicht darauf, daß von Meusel und Stumpf-Breiteno eine selbständige Bearbeitung gesprochen war, von einer Veröffentlichung im Col. dipl. Sax. I. Band I abgesehen. Inzwischen hat Nauwē seine Untersuchungen über „die Fälschung der ältesten Reichs-Urkunden“ Berlin 1883 veröffentlicht. Ich kann mich im Allgemeinen mit den Resultaten derselben einverstanden erklären. Es sind nicht weniger als 10 Kaiserurkunden (No. 85, 89, 160, 162 (Col. dipl. Sax. reg. I. 1). No. 2, 29, 30, 40, 47), 1 Papsturkunde (No. 23) und 2 erzbischöflich-Mainzer Urkunden (No. 6 und 49) von einem Reinhardsbrunner Mönch gefälscht worden. Die Quellen für den sachlichen Inhalt der Fälschungen sind zum Theil (für No. 23, 29*, 40) noch in echten Urkunden vorhanden. Ueber die Vorlagen der übrigen Fälschungen lassen sich nur Vermuthungen aufstellen. Die*

- Urkunden sind in Reindarbarum selbst gefälscht, der Fälscher scheint sich außerdem Kenntniß des kaiserlichen Diplomaswesens erworben zu haben. Der Reindarbaraner Mönch begann seine Urkundenfälschungen 1227 und hat weiterhin noch andere Fälschungen folgen lassen. Eine Untersuchung über die ältere Mainzer Bischofskanzlei dürfte noch mehr Licht verbreiten. Es scheint eine größere Zahl Urkunden der Mainzer Kanzlei des 11. Jahrhunderts dem Fälscher zur Vorlage gehört zu haben, worauf wir an andern Ort zurückkommen werden. — Die bei den Fälschungen angebrachten Siegel Heinrichs V. und V. sind sämtlich nach einem Stempel Heinrichs V. (Breglau, Heinrich V. 2) gearbeitet und weicht. Vergl. auch die Recension Wencks in Zeitschr. des Ver. für Thür. Gesch. N. F. 4, 291—99 und Mittheil. des Inst. für Ord. Geschichtsforschung 6, 638 ff.

(C.) : In nomine summae et individuae trinitatis. [D]ivina^a) annuente elementia
 10 Heiuricus Romanorum imperator augustus: Omnium fidelium tam praesentium quam futu-
 rorum noticię commendamus, qualiter nos Ludomonic comite supplicante praedictum
 unum, quod vulgari lingua dicitur biuang, infra marcham villae Maehirsteti situm, pri-
 mitus illic comprehensum ab Ernesto [Reginherisbrunnensis caenobii abbate seu licentia
 15 iure ceterarum inibi possessionum suarum, eidem loco Reginherisbrunnon regia] auctori-
 tate nostra concedentes stabilitum libere ad perfuendum fecimus, quod his laicis conclu-
 ditur. A loco qui dicitur Crummilbacheshoibit iuxta Hursilgogvihart usque ad Steinhütte,
 inde per summitatem montis illius iuxta occidentalem partem alterius montis, qui vocatur
 Nutich, in Fisebach perque descensum rivi nominati usque quo se colligit in Enisam, item-
 20 que per decursum ipsius Enisae usque ad radices montis Putars, hinc sursum ad Vvic-
 bacheshoibit, hinc per vallem Habichisdal usque ad locum, qui dicitur Phanna, deinde ad
 Raecisrot in Sulzbach, inde super Hurnibuhel iuxta Tierboum in Crummilbach, hinc sur-
 sum ad supra dictum locum Crummilbacheshoibit. Quaecumque his terminis cinguntur,
 villa scilicet Meginboldesfeldon cum omnibus suis appenditiis, hoc est areis pratis pascuis
 25 silvis venationibus piscationibus viis et inviis cultis et incultis aquis agrorumve concessis
 redditibus et exitibus quacsitis et inquirendis cum omnibus utilitatibus ad haec pertinentibus,
 his imperialibus edictis praedictum caenobium possidere perpetuo proprietatis iure absque
 ullius infestatione vel direptione volumus, inebemus, sancimus ob interventum scilicet
 30 et evangelistae cunctorumque sanctorum, quorum illic honor et memoria percelebratur.
 Et ut haec nostrae concessionis auctoritas magis ab omnibus semper credatur stabilisque
 ingiter et inconvulsa perduret, cyrografum hoc inde in testimonium conscriptum manaque
 propria corroboratum sigilli nostri impressione signari iussimus.

(S. spec.) (S.J.)

Manuscriptum.

- 35 : Signum domni Heiurici terci[i]^a) (M.) imperatoris augusti invictissimi:
 : Erlung cancellarius [vise Rūtharli]^b) archicancellarii recognovi.
 Data vi. kal. oct. anno ab incarnatione domini MCM, indictione xi, anno domni
 Heiurici regni XLvi; actum Mogontię; feliciter.

40 1^a. a) Loch. b) Loch. Moderne Hand. So liest das Reink. Kopial.

Papst Paschalis bestätigt dem Kloster Bursfeld die denselben gemachten Schenkungen, unter denen auch die der Markgräfin Gertrud von Sachsen, Tochter des Markgrafen Ekbert, und der Markgräfin Kunigunde von Meissen, Gemahlin des Markgrafen Wiybert, genannt werden. Lateran, 1104 März 1.

Gebr.: Archiv voor Kerkelijke geschiedenis inzonderheid van Nederland 6.272. — (Hoydenreich), Hist. der Pfalzgrafen von Sachsen 104. — Jagff 4433.

Anm.: Vergl. Dase, Markgrafen von Meissen 248 Anm. 116 und Col. Sax. I. 1 Ebd. 131. Obgleich die Bulle verschiedene Fehler in den Genealogien hat, welche auf eine spätere Afsassung hindeuten, so darf sie doch nicht für unrichtig erklärt werden: Es hat die Annahme viel Wahrscheinliches für sich, daß aus Unkenntniß der deutschen Verhältnisse Fehler gemacht wurden, welche eine deutsche Kanzlei vermieden haben würde, und daß man, als die Schenkungen vom Papste bestätigt wurden, das Datum der Schenkung, nicht der Konfirmation, beifügte. In der kaiserlichen Kanzlei und auch in Privatkonzelen ist man vielfach so vorgegangen. Damit würde auch erklärt sein, daß Richza bereits 1104 Gemahlin des Kaisers Lothar genannt wird, während die Vermählung doch erst 1113 stattfand. Die falschen Inskriptions- und Pontifikationsangaben lassen sich, da die Bulle nur im Druck überliefert ist, nicht erklären. Möglich, daß sie auf Schreib- und Druckfehlern beruhen. 15

Paschalis episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiis cenobii Bursfeldensis salutem et apostolicam benedictionem. Vestris iustis petitionibus annuere volentes vobis et ecclesie vestre confirmamus in perpetuum*) omnes confessiones factas imprimis a potentissimo patrono vestro Henrico de Virna duce ad Visurgim ac comite Nordheimii et ab eius uxore dilectissima Gertrude marchionissa Saxonie cum filiis Hermanno archi- 20 episcopo Coloniensi, Othoni et filiabus Gertrude comitissa ad Rhenum et Riesa imperatrice. Deinde a Sifride ab Heffelde dicti Henrici fratre palatino Saxonie cum Adelheide coniuge comitissa Holsatie et filio Sifrido. Pariter a Cunrado ab Heuvell comite Beichlingano dicti etiam Henrici fratre cum uxore eius Cunegunda ducissa Suevie cum filiis Sifrido, 25 Othone, Ruprecto, Hermanno et filiabus Ida marchionissa Bavarie et Cunegunda marchionissa Meisnie, Simillere ab Othone a Boechell dicti etiam Henrici fratre marchione Stadensi cum uxore eius Sicchidi Danica cum filiis et filiabus. Finaliter a Thimone marchione et consorte eius Itha dicti Henrici sorore cum Ethelina comitissa Westphalie. Quas omnes donationes, quotquot et quales esse possint, vobis et ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmavimus ac presentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo 30 hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Scriptum per manum Iohannis scriuarii et notarii sacri palatii.

Datum Laterani per manum Iohannis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis 35 kal. martii, indictione 1x, incarnationis dominice anno mcmii, pontificatus domini Paschalis secundi ppi.

Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus ss.

2. *) Im Druck fehlt in perpetuum, findet sich aber bei (Hoydenreich), Hist. der Pfalzgrafen von Sachsen.

3.

Der Bischof Waltram von Naumburg ertheilt dem dasigen St. Georgenkloster die Erlaubniß, durch die Ländereien seiner Kirche einen Mühlkanal zu führen und eine Mühle an demselben anzulegen. — Zeugen: Wiprecht und dessen Sohn Wiprecht.

Naumburg, 1103.

- 5 *Hlschr.: Or. Perg. Gem. Eisenst. Archiv Weimar Reg. Oo. S. 694. No. 1. S. ist gut erhalten.
Gedr.: Lepsius, Bischöfe von Naumburg 1, 235.*

— — Quem nimirum aque ductum per manum Tetonis advocati ad altare sanctę virginis Marię et beati Georgii ea ratione donavimus — —. Huius autem donationis testes fuerunt. Aribro prepositus, Herimannus canonicus, Beringerus, Kilwinus, Brungerus, Heinricus, Reinherus et alii clerici multi. Laici vero dominus Wipertus cum filio suo Wiperto, Lōf, Teto de Crozue, Boppo de Poleb, Boppo de Cullidiz cum aliis multis. Actum Nünburch anno dominicę incarnationis m̄ciii, indictione xi.

(S.J.)

4.

- 15 *Erzbischof Ruthard von Mainz stiftet die Propstei Zell (an der Werra) und übergibt sie dem Peterskloster auf dem Berge zu Erfurt. — Zeugen: Graf Konrad, Graf Ludwig und sein Sohn. 1104.*

Hlschr.: Or. Perg. Stotharchiv Erfurt.

*Gedr.: Gullen, CoL. dipl. 154. Schannat, Vindemire lit. 1, 180. Falkenstein, Thüring. Chron. 2, 1028. Der Abdruck bei den beiden letzteren (nach einem Kopial) ist unvollständig. Namentlich fehlen eine Anzahl Zeugen.
Böhmer - Wöl, Mainzer Regesten XXIV, 44.*

- 20 *Ann.: In domo (etwas später): Ruthardus super Cellam. Neuere Aufschriften bezeichnen die Urkunde als Stiftung der Propstei Zell an der Werra. Unter incarnationis ist der Rest (fast die Hälfte) der Zeile leer gelassen. Die folgende und letzte Zeile beginnt mit dominicę. Vergl. Pöase, Markgrafen von Meißen S. 281 Anm. 223 und CoL. Sax. 1, 1 Einl. 150.*

- 25 — — Huius rei testes sunt. Embrico prepositus, Orto prepositus, Heinricus Moguntine ecclēsię archidiaconus, Wigo, Ammelinus, Egelolfus, Isicho, Dietmarus, Erkenbertus, Cunradus comes, Ludewicus comes et eius filius, Erewinus comes et eius filius, Gozmarus comes, Bilgerim de Trifurte, Vnarcus, Wulphere, Embrico, Wiferich, Dudo, Rucho, Reinboto, Dietmar, Saxo, Hiltbrecht. Acta sunt autem hec anno incarnationis
30 dominicę m̄ciii, indictione xiiii.

(S.JD.)

5.

- Erzbischof Ruthard von Mainz nimmt die Abtei St. Peter in Erfurt in seinen Schutz und bestätigt ihr die angeführten Güter, Steuerfreiheit und freie Abtwahl. — Zeugen: Graf Konrad, Graf
35 Ludwig und sein Sohn. 1104.*

Gedr.: Schannat, Vind. lit. 2, 111. Böhmer - Wöl, Mainzer Regesten XXIV, 45.

Ann.: Vergl. Pöase, Markgrafen von Meißen S. 281 Anm. 223 und CoL. Sax. 1, 1 Einl. 150.

- — Huius rei testes sunt. Embrico prepositus, Orto prepositus, Heinricus Moguntine sedis archidiaconus, Cunradus comes, Ludewicus comes et eius filius, Erewinus comes et eius filius, Gozmarus comes, Bilgerim de Trifurte, Embrico, Wulferich, Reinboto, Ditmar, Saxo. Acta sunt hec anno incarnationis dominicę m̄ciii, indictione xiiii.

5^a

Mehrere Sächsische Fürsten, darunter Graf L. (Graf Ludwig von Thüringen oder Lothar von Supplinburg) bieten dem Könige Heinrich V. ihre Dienste an. [1104 Dec. — 1105 Jan.]

gedr.: Jaffé, Mon. Bamberg. (ex cod. Udalrici Babenberg.) 228. — v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. V, 279.

Anm.: In dem Manuscripte nur die Anfangsbuchstaben. Foto, Kaiser Heinrich IV. 2531 und ihm brüderlich Giesbrecht, Kaiserthum III, 1178 vermuthen, daß unter O. Otto von Ballenstedt zu verstehen ist. Der comes L. ist entweder Ludwig von Thüringen oder Lothar von Supplinburg.

Domni regi H[enrico] F[ridericus] palatinus comes, comes O[tto], comes L. a deo coronam eterni regni ex se promptissima servitia. Considerantes laborem ecclesie, defectum regni, summe divinitati attribimus, quod ad hec relevanda et corrigenda animum et voluntatem vos concepissee cognovimus. Ut ergo, que strenue cepistis, gloriose perficiatis, nos et nostra vobis offerimus et ad nos summa fidelitate vos invitamus. Apud nos episcopatus quidam et abbatie sunt vacui, quidam male locati, qui per vos in meliorem statum redigentur. Ibiq[ue] ad regio[rum] usus multa modo sunt aperta, multa cito aperienda. Venite desideratus, vincite viriliter, regnate feliciter. Premittite de fidelibus vestris, qui nobiscum loquantur apud N., quandoemque vobis visum fuerit. Postea accepta securitate securus venietis.

5^b

Mehrere Sächsische Fürsten (darunter wohl Graf Ludwig?) überenden einem Grafen B. (Berenger von Sangerhausen) den vorhergehenden Brief für den König Heinrich V. [1104 Dec. — 1105 Jan.] 20

gedr.: Jaffé, Monum. Bamberg. (ex cod. Udalrici Babenberg.) 227. — v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 5280.

Anm.: Vergl. No. 7. D wöhl verwechselt statt L. Unter dem Grafen B. ist nicht Berenger von Sulzbach zu verstehen, was Jaffé aus dem Umstande folgert, daß gerade dieser Heinrich V. zum Abfalle von seinem Vater getrieben habe. S. dagegen Giesbrecht, Kaiserzeit III, 1178. Vielleicht ist darunter Graf Berenger von Sangerhausen, der Bruder des Grafen Ludwig, zu verstehen. 25

F[ridericus] palatinus comes, comes O[tto], comes D. B. comiti salutem, fidelitatem et perpetuum bonum. Pauca verba probatum sufficiunt ad amicum. Summa voluntatis nostre est, ut occurras nobis apud N., quandoemque nobis mandaveris adductis tecum, quos ad hoc negocium necessarios arbitraris. Ibi audies, que epistola non capit. Litteras, ubi crux est, da regi. Veni, audi et gaude. Non enim gaudebis, si extra ecclesiam inventus fueris. Nullus salvatus est in diluvio extra archam, que figuram gerebat ecclesie.

6.

Erzbischof Ruthard von Mainz überläßt auf Ersuchen des Grafen Ludwig dem Kloster Reinhardsbrunn den Zehnten. Erfurt, 1105 April 30.

Hilsch.: Fälschung. Verg. Hms- und Staatsarchiv Gotha Q Q I, g. 9. — Phot. II, St. A. 35

gedr.: Nauß, Die Fälschung der alt. Reich. Urkunden 123. Böhmer-Wül, Regesten XXII, 49. — Vergl. No. 49. Anm.: Vergl. Nauß a. O. 56.

!In nomine summae et individuae trinitatis. Rüdhardus dei gratia Mogontiensis archiepiscopus. | Quoniam apostolica exhortatione misericordie operibus studere iubemur

ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, notum esse volumus omnibus | tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos Lüdouico comite interveniente compassi inopię indigentium monachorum | deo devote famulantium in monasterio, quod dicitur Reginherisbrunno, ab ipso in nostro episcopo in suę proprietatis gleba iuxta Loibam
 5 silvam edificato ob respectum divini amoris et sanctae Mariae perpetuę virginis sanctique Iohannis apostoli et evangelistę, quorum nomini dedicatum est, nec non pro gratia et voluntate domini[!] nostri Paschalis Romanę sedis pontificis, quia nos super hoc [de]pre-
 10 [suo]rum*) cunctorumque sibi adherentium decinationem, [quam] d[ic]to*) et nobis primitus recognoverunt, [et ex]*) eadem decin[ati]o[n]e*) de uno [quo]que dom[ini]c[ali]*) suo [id]*), quod vulgari lingua dicitur*) gominutti, pro antiqua Turingiorum iusticia reddant eis, quibus hoc iure debetur. [H]anc*) autem traditionem firmam et inconvulsam cunctis permanendam temporibus rogante Ernesto venerabili abbate banno dei et nostro praedicto monasterio
 15 quiete in sempiternum et potestative perfructandam firmavimus eamque scripto hoc memoriae commendantes sigilli nostri impressione signavimus, ut, si quis forte in posterum, quod absit, irritam facere praesumpserit, huius nostri privilegii auctoritate, divinę magestatis reus et banni nostri anathemate perpetuo, nisi respiscat, dampnatus facile convinctur.

Data ii. kal. maii anno ab incarnatione domini millesimo cv, indictione xii; actum
 20 Erphesfurt.

(S.J.D.)

7.

*Bischof Alboin von Merseburg eignet unter anderem auf Veranlassung des Grafen Wigbert dem Kloster Pegau den Zehnten in verschiedenen in dem Burgward Grotzsch in der Grafschaft des
 25 Markgrafen Udo zwischen den Flüssen Wihra und Schwauder gelegenen Ortenschaften zu.*

1105 Sept. 23.

Geb.: Annel. Pegau, in Monum. Germ. SS. 16, 247.

Ann.: Vergl. Passa, Markgrafen von Meißen S. 155 Anm. 2 und S. 201 Anm. 144 und Col. Sz. I. I. Einl. 108.

In nomine sancte et individue trinitatis. Albuwius dei gratia Merseburgensis
 30 episcopus. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter ego ob interventionem domni Wicperti et Windolfi abbatis decimas villarum, quarum nomina subscripta sunt, et ceterarum, si que circa hec loca adhuc instituentur, ob redemptum anime nostre monasterio Bigangiensi in honorem sancti Iacobi constructo et provisorio eius Windolfo tradidimus Sczlausdorf, Otteudorf, Seadorf, Monichoroth, Luziki, Suederdorf, Zulanendorf, Belanendorf, Milanisdorf, Drogisdorf, Sczazindorf, Wadisdorf, Wiseska, Everhardisdorf, Moisdorf, Seseuice, Kozowo. He autem site sunt in hurcwardio Groiska in comitatu Udonis marchionis inter fluvios Wira et Smdra. Actum anno xcv, indictione
 35 xii, viii. kal. oct., nono anno ordinationis eius, consentientibus illius ecclesie canonicis Huperto vicedomino, Dietoldo decano, magistro scholarum Walthero, et laicis Ludigero, 40 Heinrico, Gislberto et aliis clericis et laicis quam plurimis. Ego Albuwius propria

9. a) *Loch. Die Lücken sind ausgefüllt nach Cop. Reich. R. R. V. 18 fol. 250.*

manu subscripti. Misericordia domini plena est terra. Si quis autem diabolo instigante huius nostre traditionis impius violator exstiterit, perpetuo se sciat anathematis vinculo esse dampnandum.

8.

Papst Pausalis II. confirmirt das vom Grafen Wjtyrecht (von Groitzsch) gegründete Kloster Pegau. 5 Lateran, 1106 Jan. 30.

Blüchr.: Or. Pöpg. Dresden Hauptstaatsarchiv No. 57. — Bulle an bronzeneiden Fäden hängend.

Gedr.: Annot. Pegne, in Mon. Germ. SS. 16, 248.

Anm.: Jaffé 4457 setzt die Bulle wegen Inflation und Pontifikatsjahr in's Jahr 1104.

¶ Pascalis episcopus servus^{a)} servorum dei fidelibus per Saxonium salutem et apostolicam benedictionem. ¶ Desiderium, quod ad religiosum propositum et animarum salutem pertinere cognoscitur, auctore deo sine aliqua est dilacione complendum, Gwibertus siquidem | Saxonice gentis illustris comes in Merseburgensi parrochia in loco predii sui, quod Bigowia dicitur, monasterium pro sua uxorunq; salute construxit, quod misso vice | sua Livo spectabili milite super altare beati Petri obtulit et in perpetuum inri sedis apostolicę mancipavit, advocatiam tamen ipsemet dominus Gwibertus habimrus excepit. Post eum autem posteritatis sue natu primus, siquidem iuste et utiliter ecclesię preesse voluerit, sui autem, aut quod deus avertat, posteritas sua defecerit, abbas loci eiusdem saniori consilio suorum utilem sibi [et^{b)}] ecclesię eligat advocatum, quem voluerit. Nos ergo eius desiderium laudabile prosequentes decreti presentis auctoritate sancimus, ut tam prefatus²⁰ locus quam omnia ad eum pertinentia sub apostolicę sedis tutela munita semper et illibata permaneant, servorum dei illie degentium usibus omnimodis profutura, ut tamen unus anrei census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Nulli omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare aut eius possessiones auferre, minere vel quasi piis de causis suis usibus applicare. Sane sepulturam loci illius omnino liberam esse decernimus, ut eorum, ²⁵ qui illie sepeliri deliberaverint, devotio et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, ab episcopo, in cuius diocesi sunt, eiusdem loci fratres accipiant, siquidem gratiam atque communionem apostolicę sedis haberint, et, si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin a quovis ³⁰ chatolico maluerint antistite consecrationum sacramenta suscipiant. Porro nullus ibi in abbatem qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consilio vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Si quis autem, quod absit, huic nostro decreto in perpetuum mansuro contraire voluerit, anathemate feriatur et honoris atque officii sui periculum patiatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Observantibus autem hec pax a deo et misericordia perhemiter conservetur : Amen. Amen.

(O.) Ego Pascalis catholicę ecclesię episcopus ss. (Ben. val.)
Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scriinarii sacri palatii).

^x
8. a) servus. b) Luck, doch Buchstabenreste erkennbar. c) Orbic., Ben. val. und Unterschriften dunkler.

Data Laterani per manum Iohannis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis
 III. kal. febr., indictione XII, incarnationis dominice anno MCVI, pontificatus autem domini
 Paschalis pape II. quinto.

(B.)

5

9.

*Kaiser Heinrich IV. sucht bei dem König von Frankreich Hilfe nach und schildert die Treulosigkeit
 des Grafen Wiprecht.* (1106 März.)

Geogr.: Sieberer chronica in Mon. Germ. SS. 6, 369 und Joffé, Mon. Hamb. (ex col. Ulrichi Babenberg.) 241.

*Ann.: Der Brief ist geschrieben, als Heinrich IV., den Akt der Thronbesteigung wiederholend, auf's Neue sich eine
 selbständige Stellung im Reiche zu schaffen versuchte. Veygl. v. Druffel, K. Heinrich IV. und seine Söhne 90,
 v. Giendrecht, Kaiserzeit 3, 1188 und Passer, Markgrafen von Meissen 254. Ann. 139 und Col. Sax. I. 1, 136.*

— — In illis penitentie et tribulationis mee diebus a filio meo missus venit ad
 me quidam principum Wipertus dicens nullum vite mee esse consilium, nisi sine ulla
 contradictione omnia regni insignia redderem ex voluntate et imperio principum. At ego,
 15 et si omnis terra, quantum inhabitatur, regni mei terminus esset, nolens vitam regno com-
 mutare, quia velle nolle sic agendum et sic definitum intelligebam, coronam, sceptrum,
 crucem, lanceam et gladium nisi Moguntiam. Tunc communicato consilio cum inimicis
 meis egrediens filius meus relictis ibidem fidelibus et amicis nostris quasi me eo adducturus
 sub multa frequentia et custodia armorum suorum eductum ad villam, que Ingelheim
 20 vocatur, me fecit ad se adduci. Ubi maximam inimicorum meorum turbam collectam in-
 veni nec ipsum filium ceteris michi meliorem repperi. Et quia firmius et stabilis vide-
 batur eis esse, si propria manu cogerent me regnum et omnia regalia exsternere, simili
 modo et ipsi omnes minabantur michi, nisi omnia imperata facerem, nullum vite mee
 consilium posse fieri. Tunc ego: Quia, inquam, de sola vita mea agitur, qua nihil pre-
 25 ciosius habeo, ut saltem vivens penitentiam meam exhibeam deo, quicquid imperatis, ecce
 facio. Cumque inquirerem, si saltem sic de vita mea certus et securus esse deberem,
 eiusdem apostolice sedis legatus, qui ibidem aderat, non dico, qui hec omnia ordinaverat,
 respondit me nullo modo eripi posse, nisi publice confiterer, me iniuste Hildebrandum
 persecutum fuisse, Wipertum iniuste ei superposuisse et iniustam persecutionem in aposto-
 30 licam sedem et omnem ecclesiam hactenus exeruisse. Tunc cum maxima animi con-
 tritione humi prostratus cepi per deum, per ipsam iusticiam orare, ut locus et tempus mihi
 daretur, ubi in presentia omnium principum, unde innocens essem, ex indicio omnium me
 expurgarem et, in quo culpabilem me esse recognoscerem, ex consilio omnium sanioris
 sententie penitentiam et satisfactionem, quo ordine haberent, quererem et inde principibus
 35 regni de fidelibus nostris, quoscumque vellent, obsides dare. At ille idem legatus diem
 et locum mihi abnegavit, dicens aut ibi debere totum determinari, aut nulla spes esset
 mihi evadendi. In tante tribulationis articulo cum interrogarem, si confiterer omnia, que
 imperialibus, an confessionem mea, ut iustum est, veniam et absolutionem consequeretur, idem
 legatus respondit, non esse iuris sui me absolvere. Et cum ego ad hoc dicerem: Qui-
 40 cumque confidentem audeat recipere, confessum debet absolvere, si velle, inquit, absolvi,
 Romanam irem satisfacere apostolice sedi. — —

Markgraf Heinrich von Eilenburg übereignet sein Gut in Altenburg dem Kloster Nienburg.

1106.

Hdschr.: Aebere Kopie (Papier) im Manneschen Nachlasse im Haus- und Staatsarchiv Zerbst.

Gebr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt, I, 132.

Anm.: Die Urkunde hat das Ausfallerte, daß der Aussteller derselben im Jahre 1106 erst kaum 3 Jahr alt war. Außerdem müßte man, als Erzbischof Hartwig von Magdeburg schon am 17. Juni 1102 starb, statt Hartwigo lesen: Heinrich, was bei der schlechten Beschaffenheit der Abschrift wenig Bedenken haben kann. Vergl. Paus, Markgrafen von Meissen 249 Anm. 119 und Cod. Sax. I, 1, 134.

5

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus in Christo pie viven-¹⁰
tibus, quod ego Henricus dei gratia marclao de Ilburch necessitatis indigentia preoccupatus
predium meum, quod est in Analenburch, cum omnibus attinentiis suis scilicet sexaginta
dnobus mansi domino Herenberto abbati in Nienborch cum consensu omnium fratrum
inibi degentium et ecclesie sancte dei genitricis*) ibidem pro centum marcis argenti ex-
posni illudque statuto die iuxta conductum ipsius abbatis totius congregationis cum¹⁵
memorata iam paecunia solvere proposui. Cum vero iam prefixus dies advenisset et
abbas argentum mihi dudum datum requisisset, minime illud recompensare valens predium
meum superius dictum, quod est in Analenburch, cum universis utilitatibus suis ecclesie
dei genitricis et perpetue virginis Marie, que est in Nienborch, pro me, parentibus meis
in perpetuum possessionis institutum obtuli atque hanc oblationem^{b)} coram abbate eiusdem²⁰
ecclesie domino Herenberto sub tuicione . . . et advocati comitis Ottonis de Ballenstad
ceterorumque testium in presentiarum consistentium, qui fuerunt^{c)} Henricus de Pazleue
et fratres eius Adalbertus, Hodo, Esicus, Kisee, Hogerus, Tadi, Henricus, Fridericus,
Otto Zlanek, Godescalens, Arnoldus, Thiedolfus et alii multi, sigilli mei impressione corro-
boravi. Quod quia precibus meis id exigentibus apostolica simul et imperatoria et abbatis²⁵
auctoritate et banno firmatum est, si quis temerare presumpserit, eterne maledictionis penis
cum diabolo et membris eius ipse membrum illius effectus subiacabit.

Hec acta sunt anno mcvj, regnante Henrico rege iii. et Hardwigo Magdeburgensis
ecclesie archiepiscopo, indictione xiiii.

*König Heinrich V. restituit dem Kloster St. Maximin bei Trier die demselben entzogenen Güter. —
Intervenienten: die Grafen Wiprecht und Hermann.* **Mainz, 1107 Mai 2.**

*Hdschr.: Or. Perg. Nat. Bibliothek Paris. (St. Maximin 42 No. 3266 fons latine) — S. = Breßlau, Heinrich V. I.
Gebr.: Beyer, Mittelheim. Urkundenb. I, 471. Stumpf 3014.*

— — ob interventum fidelium nostrorum Ruothardi videlicet Mogontiacensis,³⁵
Brunonis Treuirensis, Friderici Coloniensis, Chonradi Salzburgensis venerabilium archi-
episcoporum, Gebhardi Constantiensis, Burchardi Monasteriensis, Vdonis Hildines-
heimensis, Ottonis Babenbergensis, Arlongi Wirziburgensis venerabilium episcoporum,

10. a) genitrix. b) atque sigilli mei impressionem hanc oblationem. c) fuit.

Bertholfi ducis, Berengeri, Sigefridi, Wiperdi, Godefridi, Herimanni comitum aliorumque fidelium nostrorum — .

‡ Signum domni Heinrici quinti Romanorum (M.) regis invictissimi.‡

‡ Adalberdus cancellarius ad vicem domni Ruothardi archicancellarii recognovi (S.J.):

- 5 Data VII. non. mai anno incarnationis domini millesimo c VII, indictione xv, anno regni domni Heinrici quinti regis VIII; actum Mogontie; in dei nomine feliciter amen.

12.

König Heinrich V. erstattet der Abtei St. Maximin bei Trier mehrere um Metz gekaufene Güter zurück. — Intervenienten: die Grafen Wiprecht und Hermann. Metz, 1107 Mai 25.

- 10 *Hilchr.: Ob. Perg. Nat. Bibliothek Paris (St. Maximin, 44 No. 9267 fouts latine). — S. = Breghaus, Heinrich V. I. Gedr.: Beyer, Mittelrhein. U.Kundeb. 1.475. Stumpf 3016.*

— — ob interventum fidelium nostrorum domni videlicet Brunonis Treverensis archiepiscopi et Burchardi Monasteriensis, Adalberonis Metensis, Ottonis Babenbergensis, Eberhardi Eihstatisensis, Brunonis Spirensis venerabilium episcoporum, Willihelmi comitis, 15 Bertholfi ducis, Godefridi, Herimanni, Wigberdi, Friderici comitum aliorumque fidelium nostrorum et ob crebram et importunam Berngozi abbatis querimoniam —

‡ Signum domni Heinrici quinti (M.) Romanorum regis invictissimi.‡ (S.J.)

‡ Adalberdus cancellarius vice Ruothardi archicancellarii recognovi.‡

- 20 Data VIII. kal. iun. anno incarnationis domini MCVII, indictione xv, anno regni domni Heinrici quinti regis VIII; actum in Mettis civitate; in dei nomine amen.

13.

König Heinrich V. erstattet dem Kloster Corvei den von Ezelin entzogenen Zehnten zurück. — Intervenienten: die Grafen Hermann, Ludwig und Wiprecht. Corvei, 1107 Sept. 30.

- 25 *Hilchr.: Kop. Perg. Msc. I. 134 (Sacc. XV) S. 157. Staatsarchiv Münster. Gedr.: Wilms-Philippi, Kaiseract. der Prov. Westfalen 2.279. Stumpf 3018.*

- — Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus nunc et semper notum fieri volumus, qualiter nos causa dei et beatorum martyrum Stephani, Viti et Iustini et aliorum sanctorum ob salutem nostram nostrorumque parentum digno interventu Fritherici Coloniensis archiepiscopi, Burchardi Mimigardfordensis episcopi, Everhardi Eistadensis*) 30 episcopi, Benedicti Mutinensis episcopi, Heremanni comitis, Godefridi comitis, Sigefridi advocati, Ludwici comitis, Wicberti et aliorum nostrorum fidelium et precipe digna petitione venerabilis Erkenberti abbatis officium, quod quidam Esecimus sibi pro hereditario beneficio vendicabat, iudicio contubernaliu suorum ei ablatum congregationi remisimus

12. a) Cistadensis.

et, nisi predictus abbas cum fratribus suis intercessisset^{b)}, digna ipsum ultione pro iniusticia ei illata punissemus. —

Signum domni Heinrici quinti regis iuvetissimi (M.).

Adelbertus cancellarius vice Rothardi Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. 5

Data II. kal. octobris, indictione XV, anno dominice incarnationis MCVII, regnante Heinrico V. rege Romanorum anno II, ordinationis eius VIII; actum est Corbeie; in Christo feliciter amen.

14.

König Heinrich V. schenkt auf Bitten des Grafen Wiprecht (von Großsach) dem Kloster Bibra die Reichsrechte an dem Walde zu Wiche. Mühlhausen, 1107 Nov. 1.

Blöcher.: Kop. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 38.

Göke.: Schöten, *Historie des berühmten Helden Graf Wiprechts etc.* Col. probat. 7. — *Wüstenh.*, *Thuringia et Eichsfeldia* 740 No. 103. *Stumpf* 3010 (zu 1106).

Anm.: Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit sehr gelitten, die dadurch entstandenen Lücken sind nach der folgenden Urkunde (No. 15) ergänzt worden. Die Urkunde ist offenbar nicht Original, sie war nie geschrieben, die Signaturzeile ist, wie in No. 15 die genannte Rekognitionsformel, anstatt mit verhängenen Buchstaben in Kapitalen geschrieben. Das Monogramm, offenbar vor Verblutung der vorletzten und letzten Zeile eingezeichnet, ragt, die einzelnen Wörter trennend, hinein. Der Schreiber hat sich somit dem Monogramm unbehaguen müssen. Die Schrift verrät ein ängstliches Nachmalen der Vorlage, und zwar in beiden Urkunden. Besonders zeigt der Buchstabe a, welcher nach oben lang gezogen ist, daß diese Form dem Schreiber nicht geläufig war. Er schreibt erst das ihm gewünschte a und setzt dann des Haken an. Die Buchstaben und das beiden Urkunden gemeinsame, gleich ungeschickt nachgeahmte Abkürzungszeichen lassen auf eine gemeinsame Vorlage schließen. Die Formeln erscheinen ungleich. Jedenfalls sind beide Urkunden nicht als Beweise für diplomatische Schlüsse zu verwerten, wie es Ficker, *Beiträge* 2, 275 that, sondern in dem Umstande, daß beide Diplome von gleichem Datum, von denen aber das eine in Mühlhausen, das andere in Trossnitz aufgestellt ist, die Unvergleichlichkeit des linearen dadurch erklären will, daß in dem einen der Ort dem Datum, in dem anderen dem Scriptum entspreche. Inwieweit ist auch Stumpf-Bruntano, *Witzburg* I. Im. 2, 20 zu berücksichtigen, welcher S. 3010 für unbearbeitetes Original mit vollständigem Monogramm erklärt. Die beiden Urkunden stimmen inhaltlich fast wörtlich überein, nur daß, von dem Ausstellungsort abgesehen, aus Versehen in No. 14 von Schreiber — *idem* er von *dedimus sibi* auf *sibi utendum* sprang — die Orte der Schenkung ausgewechselt sind. Die Urkunde ist als Kopie zu betrachten, wohl aber nicht gefälscht. Sie weist — wie auch das lineare — mit Jul. 14 auf 1106, das Jahr der Handlung, hin. *Vergl.* *Boose*, *Markgrafen von Meißen* 257 Anm. 147 und *Cod. Szcz.* I, 1, 138.

(C.) : In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus divina favente elementia quintus Romanorum rex: | [Notum facimus]^{a)} | omnibus Christi nostreque fidelibus tam 35 futuris quam presentibus, qualiter nos causa dei et sancte Marię genitricis eius et beatorum confessorum | Iusti et Clementis et ob remedium anime [no]stre^{b)} nostrorumque parentum consilio et digna petitione Ebrardi Eisstetensis episcopi, Vviberti | comitis nostri dilecti fidelis aliorumque [multorum nostrorum^{b)}] fidelium ins regnum, quod habebamus [in silva Vih]^{b)}, in bonis ecclesie Biberaha, in advocacione Vviberti comitis eiusdem ecclesie Bibera[ha, 40 post]m[ite]^{c)} Hezclone^{c)} venerabili Hauelbergensi episcopo eiusdem loci preposito dedimus sibi [utendum]^{d)}, dum vivit, et post obitum illius fratribus habend[um] atque^{b)} libere

13. b) Interessent.

14. a) fehlt in Text, ergänzt nach No. 15. b) *Lech*, ergänzt nach den Buchstabenresten und der folgenden Urkunde. c) *ezelone*. d) ist aus Versehen vom Schreiber weggelassen, nach No. 15 ergänzt.

perpetuo possidendum per hoc scriptum concessimus. Ut autem hoc donum nostrę pietatis ab omnibus credatur et nullo tempore violetur, hanc inde cartam conscriptam nostroque regio signo corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus.

SIGNVM DOMNI HEINRICI V. REG[IS] ROMANORVM (M.) INVICTISSIMI.

5 ALBERTVS cancellarius vice Rothardi Magontini archiepiscopi recognovit.

Data kal. nov., indictione XIII, anno ab incarnatione MCVII, regnante Heinricho v. rege Romanorum anno III, ordinationis eius VIII; actum est Mulehüsen; feliciter (sic) in Christi nomine amen.

15.

10 *König Heinrich V. schenkt auf Bitten des Grafen Wiprecht (von Groitzsch) dem Kloster Bibra die Reichsrechte an dem Walde zu Wiehe und die Orte Bischerode, Wallewode und Kalbitz.*

Tennstädt, 1107 Nov. 1.

Habr.: Kop. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 39.

Gotz.: Wärltucin, Thüringia et Eichsfeldia 341 No. 104. Stumpf 3011 (zu 1106).

15 *Anm.:* Vergl. No. 14. Die Urkunde war beirgelt, wie aus dem Kreuzschütze im Pergament und dem Rande, welchen das Siegel hinterlassen, zu sehen ist. Das Monogramm steht, anstatt am Ende oder in der Signaturzeile, fern ab neben dem Siegel. Jedenfalls ist das Diplom nicht Original.

(C.) :In nomine sancte et individue trinita[t]is^a). Heinrichus divina favente clementia quintus Romanorum rex. Notum facimus. | omnibus (Christi nostrisque^b) fidelibus
20 tam futuris quam presentibus, qualiter nos causa dei et sanctę Marię genitricis eius et beatorum confessorum Iusti et Clementis et ob remedium anime nostrę nostrorumque parentum consilio et digna | petitione Ebrardi Eisstetensis episcopi, Wiberti comitis nostri dilecti fidelis aiorumque multorum nostrorum fidelium [ius]^a) regium, quod habebamus in silva Vin, in bonis eccliesię [B]iberaha^a), in advocacione Vviberti comitis | eiusdem^a)
25 eccliesię Biberaha, postulante Hezeloni venerabili Hanelbergensi episcopo eiusdem loci preposito dedimus duas villas scilicet Biscoforod et Waldenrod et XIII mansos in Calvvice et novalia, que futura speramus, sibi utendum, dum vivit, et post obitum illius fratribus habendum atque libere perpetuo possidendum per hoc scriptum concessimus. Ut autem hoc donum nostrę pietatis ab omnibus credatur et nullo tempore violetur, hanc inde cartam
30 conscriptam nostroque regio signo corroboratam impressione nostri sigilli [ins]igniri^a) iussimus.

SIGNVM DOMNI HEINRICI V. REGIS ROMANORVM INVICTISSIMI. (M.) (S.JD.)

ALBERTVS CANCELLARIVS VICE ROTHARDI MAGONTINI ARCHIEPISCOPI RECOGNOVIT.

Data kal. nov., indictione XIII, anno ab incarnatione domini millesimo CVII,
35 regnante Heinricho v. rege Romanorum anno III, ordinationis eius novem; actum est Tennsteti; feliciter in Christi nomine amen.

15. a) *Loch*, ergänzt nach No. 14. b) nostrique. c) eadem.

16.

*König Heinrich V. bestätigt den Kaufleuten von Halberstadt die Privilegien seiner Vorfahren. —
Interveient: Graf Hermann. Goslar, 1108 Mai 17.*

Hlschr.: Or. Perg. Stabarchiv Halberstadt. S. = Breßlau, Heinrich V. 1.

Gebr.: Stumpf, Acta imperii 52. Stumpf 3028.

Ann.: Vergl. Passa, Markgrafen von Meißen 266 Ann. 172 und Cod. Sax. I. 1, 142.

5

(C.) : In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia rex.: — — Cnisc (episcopi Halverstadensis) honestę petitioni ob nostrę animę parentumque nostrorum remediũ et per interventum Friderici Coloniensis archiepiscopi ceterorumque scilicet Adelgoti Magaburgensis archiepiscopi, Byrhardi Monasteriensis, Godescalei Mindensis fidelium episcoporum nostrorum, Liutherii quoque ducis Bardagorum atque Friderici palatini comitis ac Herimanni comitis et Rodulfi marchionis atque oblige ac devotum prenominati Halverstadensis episcopi servitium consentire decernentes regia munificentia predictis Halverstadensibus negociatoribus iura atque privilegia ab antecessoribus nostris sibi concessa demum renovavimus atque confirmavimus. — —

15

! Signum domni Henrici regis invic(M.)tissimi.!

! Albertus cancellarius vice Rothardi Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.!(S.JFR.)

Data xvi. kal. iunii, indictione i, anno dominicę incarnationis millesimo cviii, regni Henrico quinto rege Romanorum anno iii, ordinationis eius viiii; actum est Goslarie; 20 in Christi nomine feliciter amen.

17.

König Heinrich V. eignet der Stiftskirche zu Meißen 9 Hufen, 6 im Burgwart und im Dorfe Treben, 3 im Dorfe Corbetha wuesten des Salestusnes geleyen. Merseburg, 1108 Mai 30.

Hlschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 41. S. zerbrochen. Weder bei Heffner, Kaisersiegel abgebildet, 25 noch von Breßlau verzeichnet.

Gebr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 146. Stumpf 3029.

(C.) : In nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia quintus Romanorum rex.: Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuri temporis quam presentis, qualiter nos causa dei ob remediũ animę nostrę nostrorumque parentum rogatu et consilio archiepiscoporum Friderici Coloniensis, Brynonis, Treuerensis, Adalgotz Madeburgensis, episcoporum Albvini Mersburgensis, Ottonis Baueenbergensis, Byrhardi Monasteriensis, Lvtherii ducis, comitum Otthonis, Rodulfi, Wiberti aliorumque multorum nostrorum fidelium et precipue digna petitione Hervici Missinensis episcopi nostri dilecti fidelis novem mansos, sex in burchwardo et in villa, que dicitur Tribene, tres autem in villa, que nominatur Chrowati, iuxta flumen Sala Missinensium) eccliesię in proprietatem dedimus — —

35

! Signum domni Henrici quinti Romanorum regis invictissimi.!(M.) (S.JFR.)

! Albertus cancellarius vice Rotardi Maguntini archiepiscopi recognovit.!

Data III. kal. iunii, indictione I, anno ab incarnatione domini millesimo c VIII, regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno III, ordinationis eius VIII; actum est Mersbore; in Christi nomine feliciter : amen!.

18.

5 König Heinrich V. bestätigt einen zwischen dem Stifte SS. Simon und Juda zu Goslar und einem gewissen Werner, dem Sohn der Pauline, auf Verlangen der Vögte beider Theile, nämlich der Grafen Ludweig und Ludolf, getroffenen Gütertausch und Werners Schenkung des Gutes Bunsdorf an das Kloster Paulinzelle. — Intereipienten: Die Grafen Hermann, Wiprecht und Dedo. Goslar, 110(8) Juli 4.

Ulschr.: Or. Perg. Landeshoch Schulerhausen. S. zerbrochen, nur in kleinen Fragmenten erhalten.

10 *Geb.: Hesse, Gesch. des Klosters Paulinzelle 2. Stumpf 3030.*

Ann.: Vergl. Pöze, Markgrafen von Meißen 266 Ann. 172 und Col. Sax. I. 1, 142. Die Urkunde gehört wegen hel. L und ann. ord. IX in's Jahr 1108.

(C.) : In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente elementia quintus Romanorum rex. : | Omnibus Christi fidelibus nostrique tam futuri temporis quam
15 presentis notum fieri volumus, qualiter nos causa dei rogatu et consilio Adalgoti Mada-
burgensis | archiepiscopi et episcoporum Uthonis Hildenesheimensis, Reinhardi Haber-
stetensis, Burchardi Monasteriensis, Adalberti nostri dilecti cancellarii, Lintleri ducis, |
comitum Heremanni, Wicherti, Dedonis, Erwini aliorumque multorum nostrorum fidelium
Reinoldi, Widoldi, Conradi, Ruotberti, Brunonis de Tidendorp, Aconis, Burchardi,
20 Swtcheri concubium in nostra presentia factum inter Goslariensem ecclesiam et Warne-
herium Pauline filium postulantis advocatis utriusque partis Lodowico videlicet comite
Luitdolfo laudavimus atque firmavimus. Warneherius enim tradidit ecclesie Goslariensi
Baticansteden predium, quod ipse libere possidebat cum omnibus pertinentiis eius tam ibi
quam alibi iacentibus aquis aquarumque decursibus molis molendiis piscationibus areis
25 terris cultis et incultis pratis pascuis silvis exitibus et redditibus et omni utilitate, que inde
poterit omni tempore provenire. Ecclesia autem e contra communi consilio et consensu
Elberti prepositi, canonicorum et familie tradidit modo dicto Werenherio in liberam
possessionem predium Bunisdorp cum omnibus eius pertinentiis et commoditatibus eius,
hoc est areis agris pratis pascuis campis silvis molendiis piscationibus quesitis et in-
30 rendis et omni utilitate, que inde poterit omni tempore extorqueri. Sic igitur ab utraque
parte rationabiliter atque concorditer nobis laudantibus et confirmantibus celebratum est
istud concubium. Hoc autem notum esse volumus Christianis omnibus, quod predictus
Warneherius divinitus inspiratus prenomiatum predium Bunisdorp pro salute anime sue
contulit celle in honore sancte Marie sanctorumque omnium edificate in loco et in pago
35 Lanewizi in comitatu comitis Sizen. Ut autem tam rationalis concubii constitutio nostra
pietate solidata omni evo credatur ab omnibus et inviolabilis permaneat, hanc inde cartam
conscribi fecimus et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli iussimus insiguri.

: Signum domni Henrici quinti Romanorum regis invictissimi. : (M.)

: Albertus cancellarius vice Maguntini archiepiscopi recognovit. : (S JFR.)

Data III. non. Iulii, indictione 1, anno dominice incarnationis millesimo cVIII, regnante Heinrich quinto rege Romanorum anno III, ordinationis eius VIII; actum est Goslarie; in Christo feliciter amen.

19.

König Heinrich V. bestätigt der Benediktinerabtei Götweig die Insel Muthheimerwerth und alle seine 5 Besitzungen, welche namentlich aufgeführt werden. — Zeugen: die Grafen Wiprecht und Ludwig.

Tuln, 1108 Sept. 6.

Hlschr.: Or. Perg. Götweig. Facsimile bei Sieckel, Mon. graphica fasc. 5 Taf. 7. S. = Breßlau, Heinrich V. I.

Ann.: Orte und Zeitangabe, mit Actum eingeleitet, deuten auf die Handlung. Vergl. Pösch, Markgrafen von Meißnen 258 Ann. 149 und Col. Sa. I. 1, 138. Stumpf 3031. 10

- Ann.: Die im Original nicht mehr, wohl aber in 5 Abschriften erhaltene Urkunde ist falsch datirt, da Adalbert im Jahre 1100 weder Erzbischof, noch apostolischer Legat war. Schäfers, Die dipl. 1, 230 und Jomins, Ber. Mag. 1, 535 haben sich für 1111, ebenso, ihnen folgend, Kueberbauer, Gesch. Thür. 50, entschieden. Doch Indiktion XII und Legatstitel passen nicht zu diesem Jahre. Nimmt man an, daß das Wort Indictione irrtümlich in die Datirung eingebracht sei, so dürfte die Urkunde in's Jahr 1112 gehören, es sind dann Jahres- und Indiktionzahl zusammenzuziehen. Aber eine derartige Annahme bietet viele Schwierigkeiten, so z. B. die Bezeichnung des H. als comes patrie, welche Titel ohne weiteren Zusatz vor dem Jahre 1137 nicht vorkam. Nicht weniger auch das*
- 20 *Finerur. Die Urkunde scheint auf Grund der ersten Stiftungsurkunde Hermannus gefälscht zu sein. Man interpolirte dieselbe, weil das ja bei Klosterfälschungen oft beobachtet wird. So soll auch Adalbert dem Kloster die ligandi et solvendi potestatem verliehen haben, was unmöglich ist, da dieselbe nur dem Papste zusteht. Adalberts dritter Nachfolger Heinrich in seiner dem Kloster Reinhausen im J. 1148 ausgestellten Urkunde (bei Leyser, Hist. com. Eberstein. 85) davon nichts erwähnt, und der erste Abt Reinhard in seiner Gründungsgesch. des Klosters (Leibniz, SS. 1, 705) erzählt, daß er von Adalbert und dessen Nachfolgern nur die cura popularis, die Immunität und die Wahlfreiheit für das Kloster empfangen habe. Schon früh (im 12. oder 13. Jahrhundert) muß die Fälschung vorgenommen sein, da eine um 1286 ausgestellte Testificatio des Abtes Dietrich von Seins u. a. besagt, daß sie das Original einer com Landgrafen Hermann zu Adalberts Zeiten in die dedicacionis ecclesie eiusdem et hoc anno incarnationis domini millesimo centesimo an das Kloster Reinhausen gemachten Schenkung gesehen hätten. Veyl, Puse, Markgrafen von Meissen 266 Ausn. 172 und Cod. Sax. 1, I, 142.*
- 25

- 30 *In nomine sancte et individue trinitatis. Adilbertus dei gratia Moguntinus archiepiscopus et sedis apostolice legatus. Cum non solum ex debito nobis a deo collati officii, verum etiam interius ad hoc caritatis astringimur visceribus, ut omnibus, que rationabiliter et zelo pietatis fieri videntur, condignum prebere debeamus assensum, maxime tamen*
- 35 *his, que ad decorem nominis dei fiunt, summo studio et diligencia laborandum censuimus et ea, que sub nostre presencie peraguntur memoria, ne in oblivionem transeant, tenaci antiquitatis scripto et sigilli munitione confirmata roborare. Notum igitur esse volumus tam futuri quam presentis temporis Christi fidelibus, quod Hermannus patrie comes suis*
- 40 *hereditibus astipulantibus videlicet Vdone Hildensemense episcopo et fratre suo Courado comite cenobium monastice professionis in Reynulhusen suo patrimonio cum omnibus suis*
- 45 *inibi pertinentiis in honore sancte trinitatis et beate Marie perpetue virginis sanctique Christophori martiris dotavit et Reynhardum Hallerstadensem episcopum ipsum dedicare a nobis impetravit. Hec quoque optulit in Dimerden novem mansus cum suis litoribus et vorwerem suum de tribus mansis in Herdingeroth, quatuor dimidiis mansus in Westerlengede, dimidium mansum in Osterlengede, unum mansum in Swechusen, unum mansum in Landolfshusen, unum mansum in Vintmarishusen, dimidium mansum in Abbenroth, unum mansum in Bredebeck, unum mansum in Badinhusen, tres mansos in Herberge-*

linsen, dimidium mansum in Lengeleeren, ecclesiam cum omni utilitate in Eseebeke, quatuor
 mansos in Ellinghusen, duos mansos in Oldingrone, dimidium mansum in Iese, vorwer-
 cum de quinque mansis et duos litonum et 1 beneficii in Buren, duos mansos in Thidin-
 roth, tres mansos in Wittenbrunn, dimidium mansum in Sueyu, dimidium mansum in
 Stockhusen, unum mansum in Gaudera, undecim mansos in Guntelmeshusen, duos mansos 5
 in Merchelmeshusen, duos dimidios mansos et integrum in Elkerishusen, dimidium mansum,
 montes quoque, qui Lichen vocantur, ut dei ecclesie pecunia quam rapine pauperum deser-
 vant cum silvis adiacentibus videlicet Wittenhagen, Sunderawald, Perudael cum Balen-
 huserberehe adiecit in Schrotinroth et Hildenhusen, quicquid sibi cessit, optulit. Ad hec
 ipse comes Hermannus et Beatrix comitissa de Wartbake avunculi sui Conradi comitis 10
 filia novem mansos et duas partes ecclesie et curie, que vocatur Sedilhoff, et duas partes
 tocius marche in Bernisroth, duas quoque partes silvale, que dicitur Kaldinlith, cum
 Bettenroth contradiderunt. Eadem Beatrix comitissa tres mansos in Satheyu cum Otrico
 comite eius filio contulit. Sophia etiam comitissa duos mansos in Gellingehusen optulit.
 Erika nichilominus abbatissa in Ryngelin quinque mansos et dimidium in iam dicta villa 15
 Reynahusen pro remedio animarum fratrum eius Meynhardi scilicet et Pilligrini comitum
 in eodem cenobio quiescentium, cum essent Hinrici comitis filii iam dicti Hermannii
 comitis avunculi, contradidit, Reynhardus quoque prefatus episcopus dimidium mansum
 in eadem villa optulit. Quibus omnibus suos litones cum ministerialibus idem comes
 Hermannus pro iure servicii, quo sibi tenebantur, superaddidit, videlicet in annuatim ter 20
 ternis diebus de suis sumptibus quovis in opere ecclesie deserviant et de duodecim so-
 lidis tam pro gratie optentu quam pro matrimonii contractu componant, ministeriales vero
 de compositione talenti satisfaciant. Postremo universitas eorumdem heredum pars et
 communicato consensu statuit, ut his patronatus sepe dicte ecclesie videlicet Reynhensensis
 majori tantum iure cedat nec id cuiquam in feudo detur. Ut vero meritis eorum devo- 25
 tionis non minus participemus, nos quoque de gracia beati Martini ipsorum oblacioni
 adicientes predicandi auctoritatem, ligandi et solvendi potestatem, animarum curam,
 baptismi gratiam eidem cenobio parrochialiter conferimus, electionis quoque libertatem
 perpetuo indultum confirmamus. Preterea decimaciones tocius inibi marche tam in colendis
 quam cultis pro prediis, que sepe dictus comes Hermannus in hiis quatuor villis scilicet 30
 Germannishusen, Rathmerishusen, Kyrstingeroth, Ripenhusen legaliter tenuit, eidem
 ecclesie in concambio damus. Et ut hec tradicio et ordinacio in perpetuum valitura per-
 maneat, banui beati Petri et nostri auctoritate ipsam confirmamus et sigilli nostri impressione
 roboramus. Quod si quis contra huius tradicionis et nostre confirmationis testamentum
 stare presumpserit, auctoritate dei et nostra successorumque nostrorum excommunicatus 35
 dispercat. Amen. Huius rei testes sunt. Reynhardus Halberstadensis, Vdo Hildense-
 mensis episcopus, Thedmarus, Heluhwardishusen[is] abbas, Reynholdus iam dicte ecclesie
 prepositus, Godehalikus prepositus sancte Marie in Campo, Hinricus canonicus Magnn-
 finensis et cappellanus, Hermannus patrie comes, qui et fundator, et filii eius duo Hen-
 ricus et Hermannus pueri, Otricus comes de Wertbake, Conradus comes de Euersteyn, 40
 Dudo de Lunerhusen. Ministeriales. Craclit, Hngo, Lambertus, Conradus, Adilbertus et

alii complures. Datum in iam dicto cenobio Reynhulsen tercio nonas decembris, die consecracionis eiusdem; acta sunt hec anno dominice incarnationis millessimo centesimo, indictione duodecima.

40.

5 *Kaiser Heinrich V. bestiftigt dem von Grafen Ludwig gegründeten Kloster Reinhardsbrunn dessen Privilegien, darunter die Wahl des genannten Grafen zum Klostervogt. Merseburg, 1113 Mai 25.*

Hdtsch.: Fälschung, Or. Perg. Hauss. und Staatsarchiv Göttingen Q. Q. I. g. 15. Phot. H. St. A.

Gerh.: Nauß, Die Fälschung der ältesten Reich. Urkunden 167. Stampf 30596.

Ann.: Betreffs der Fälschung vergl. Nauß a. O. Die Urkunde hat viele Lücken, die ausgefüllt sind nach Cop. Heinh.

10 *B. R. I. 18 fol. 191.*

(C.) : In nomine summae et individuae trinitatis. Heinrichus divina favente clementia Romanorum imperator augustus! Quoniam iustorum desideriorum piis petitionibus maxime his, quae ad cultum dei pertinent, assensum nos praebere convenit, omnibus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus notum esse volumus, quod in regno nostro | regulare
15 quoddam monasterium situm est in confinio Loibae silvae Regimherishrammo nuncupatum in honore sancte dei genitricis et virginis Mariae sanctique Iohannis euangeliste constructum honorifice | a Ludovico religioso comite. Quo petente eiusdemque monasterii venerabili abbate Ernesto supplicante his imperialibus edictis statuendo sancimus, ut (*) omni libertate et iusticia, qua supra dicta cella primitus instituta et initiata est, ad ser-
20 viendum deo ingiter stabilis permaneat, scilicet ut per se subsistens alicuius terrenae personae vel potestatis dominio non subiaceat, libera ab omnibus sancte Romanae asseribatur ecclesiae, sanctorum Petri et Pauli habeat gubernationem nec non Romani pontificis defensionem Romae per quinquennium Lateranensi palatio, ad luminaria concinanda
25 abbas fratribus deo sub (regula monastica*) inibi servituris omnem ad utilitatem succrescat. Fratres caenobii illius, quo tutius et liberius domino deservire valeant, quando-
cunque patre suo spiritali orbatu fuerint, libera(in habeant*) potestatem inter se eligendi et constituendi abbatem. Praedictus comes Ludovicius, sicut ab eisdem fratribus est electus advocatus, permaneat et post ipsum alius ex posteris eius, quem fratres communi consilio
30 providerint eligendum. Qui si illorum et monasterii commoda diligit, diligat, si autem avarus et dissipator, liceat illum ex auctoritate sanctorum Petri et Pauli et nostra repro-
bare. Nullo modo nisi abbate volente et advocante eum bona et loca monasterii suis frequentis temera(r)is et sine causa adeat vel attingat nec praesumptuosus in eis placitum quodlibet vel per(nocta)ndu(m*) licentiam habeat nec subadvocatum pro se faciat nec
35 omnino aliquam calumpniam, pervasionem monasterio aut familiae faciat. Quod si quispiam posterorum suorum vel quarumcunque homo personarum unam vineam, unum mansum vel saltem unum mancipium sive tale aliquid a supra dicta cella temerarius in-
iuste abstulerit, nostra nostrorumque successorum regia auctoritate coactus tria auri talenta ad aerarium nostrum persolvat primitus reddito ecclesiae, quod invaserat. Si vero

quilibet illorum, quod absit, curtam vel aliquam villam inde quocumque ingenio vel aliqua secularium legum calliditate abalienaverit vel hoc testamentum excellentiæ nostræ pervertere aut infringere attemptaverit, decem auri libras item persolvat cameram, primitus reddito, quod ablat[um] a) [fuerat] b). Et ut praedictae traditionis et libertatis status et omnia praedicta statuta ea ratione, qua deo et sanctis eius destinata sunt, ab hac [die et omni deinceps tempore in] c) Christo rata et inconvulsa permaneant, hanc cartam testamentariam praedicti comitis abbatiscis rogatu inde conscribi manique propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri d).

‡ Signum domni Henrici (M.) quarti imperatoris augusti invictissimi. ‡ (S. spec.) (S. J. R.)

‡ Bruno cancellarius vice Adalberti archicancellarii recognovi. ‡

Data viii. kal. iunii b) anno ab incarnatione domini MCMII, indictione vi, anno domni Henrici quarti imperatoris, imperii eius iii, regni autem viiii; actum Mirseburg.

41.

Kaiser Heinrich V. bestätigt dem Kloster Eisdal dessen Besitzungen. — Zeuge: Markgraf Hermann von Sachsen.

Straßburg, 1114 März 18. 15

Gebr.: Hugo, Anual. Proemonstrat. 2, Probat. 539. Stumpf 3110.

— — Hanc igitur privilegii paginam consilio et rogatu, simul et testimonio principum nostrorum Burcardi Monasteriensis episcopi, Ctononis Argentinensis episcopi, Herimanni marchionis de Saxonia, Godefridi palatini comitis, Amedei comitis de Burgundia, Lothariensium vero Riquivini Tullensis episcopi et Foluari comitis conscribi iussimus et 20 sigilli nostri impressione insigniri precepimus. Si quis vero, quod absit, hoc nostre auctoritatis preceptum infringere presumpserit, auri libras decem et centum argenti, medietatem camere nostre et medietatem supra dicto monasterio persolvat.

Signum domini Henrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

Bruno cancellarius recognovi.

25

Data xv. kal. aprilis, indictione vii, anno dominice incarnationis millesimo cxiij, regnante Henrico iv. Romanorum augusto anno viiii, imperante iii; actum est Strasbure; in Christo feliciter amen, amen, amen.

42.

Kaiser Heinrich V. bestätigt der Abtei Moyon-Moutier deren Besitzungen. — Zeuge: Markgraf Hermann von Sachsen.

Straßburg, 1114 März 18. 30

Utsch.: Or. Verg. Kloster Moyon-Moutier.

Gebr.: Schöpflin, Alsatia diplomatica I, 191 (hierarch abgedruckt). Stumpf 3111.

— — Hanc igitur privilegii paginam consilio et rogatu, simul et testimonio principum nostrorum Burchardi Monasteriensis episcopi, Chononis Argentinensis episcopi, 35

40. b) viii kl iunii dankler.

Epiponis Novariensis electi, Hermanni marchionis de Saxonia, Godefridi palatini comitis, Amedei comitis de Burgundia, Lothariensium vero Requiri Tullensis episcopi et Folmari comitis conscribi inssimus et sigilli impressione insigniri precepimus. Si quis vero, quod absit, hoc nostre autoritatis preceptum infringere presumpserit, auri libras decem et 5 centum argenti, medietatem camere nostre et medietatem monasterio supra dicto persolvat.

Data xv. kal. apr., indictione vii, anno incarnationis dominice mxciv, regnante Henrico iv. Romanorum augusto anno viii, imperante tertio; actum est Strassore; in Christo feliciter.

43.

- 10 *Kaiser Heinrich V., dem die Allode des verstorbenen Grafen Ulrich von Wimar zugefallen sind, bestätigt die auf Vermittelung verschiedener Großer, darunter des Markgrafen Hermann, desselben Ulrich dem Erzbischof Mainz gemachte Schenkung einiger Höfgen.* **Worms, 1114 April 14.**

*Hilke: Or. Perg. Reichsarchiv München. Phot. H. St. A. S. gut erhalten in Heftner III. 29.
Geb.: Mon. boica 25*, 253. Stumpf 3112.*

- 15 C. In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinrichs divina favente clementia quartus Romanum imperator augustus. | Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos ego videlicet Heinrichus quartus Romanorum imperator augustus interventu | et iusta petitione fidelium et principum nostrorum Burchardi Monasteriensis episcopi, Ottonis Banenbergensis episcopi, Reinardi 20 Halberstatensis episcopi, | Adalheronis Metensis episcopi, Herimanni etiam marchionis, Godefridi palatini comitis, Alberti comitis, Berengarii comitis de Sulzebac traditionem, quam Ötricus bone memorie de Wimar ecclesie Maguntine per manum Hervini comitis de Turingia fecit, Dietmarum videlicet quendam et filium suum etiam Dietmarum nominatum et Timonen nepotem illius et Bertam etiam filiam supra dicti Tictuari cum filiis 25 et filiabus suis supra dictae ecclesie perpetuo iure habendos tradidit. Nos quoque, ad quos allodia supra dicti Ötrici communi iudicio principum nostrorum devenerunt, eandem traditionem laudamus et proprio privilegio confirmamus hae videlicet conditione, ut nulla deinceps persona magna sive parva supra dictos homines molestare vel inquietare audeat. Si vero forte, quod absit, aliquis huius nostre concessionis paginam violare presumpserit, 30 centum libras auri componat medietatem camere nostre, medietatem supra dictis hominibus. Ut autem hoc verum esse credatur et ab omnibus inviolabiliter conservetur, hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus. Hoc etiam omnes scire volumus, quod supra dicti homines cum eadem iusticia, quam illi, qui Theuthonice dienestman vocantur, supra dictae ecclesie dati sunt.

- 35 :Signum domni Heinrichi quarti Romanorum imperatoris (M.) invictissimi.: (S.J.)
:Brmo cancellarius recognovit.:

Data xviii. kl. maii, indictione vii, anno dominice incarnationis millesimo c xliii, regnante Henrico quinto rege Romanorum anno viii, imperante iii; actum est Warnacii; in Christo feliciter amen.

44.

Kaiser Heinrich V. bestätigt dem Kloster Hirzenach die Schenkung des Novaltzthales und der Hufe Rheinberg und Bullingedeheim. — Zeuge: Markgraf Hermann (von Baden?).

Dollendorf, 1114 Juni 16.

Handschr.: Or. Verg. Staatsarchiv Düsseldorf. S. = Heffner III. 29.

Gedr.: Lacoulet, Niederrhein. Urkundenbuch I, 179. Stumpf 3114.

(C.) : In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator angustus. | Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos ego videlicet Heinricus quartus Romanorum imperator angustus rogatu et petitione fidelium et principum nostrorum Brvnonis videlicet Treuerensis archiepiscopi, Erlvngi Wercelburgensis episcopi, Hartlvici Ratispouensis episcopi, Adalberonis Metensis episcopi, ducum quoque Frederici ducis, Lvttherii ducis, Bertholfi ducis, marchionis etiam Herimanni, Engelberti marchionis, Godefridi palatini comitis hoc privilegium eidam Novę Cellę Hertenowę dięte in honore sanctę Marię et beatorum apostolorum Iohannis evangelistę et Bartholomei constructę de 15 novalis decima, quam archiepiscopus Brvno Treuerensis supradięte Cellę dedit et perpetuo habendam contradidit, in quo novali eadem predicta Cella sita est. —

! Signum domni Heinrici quarti Romanorum imperatoris (M.) invictissimi.!

! Brvno cancellarius recognovit. ! (S.J.F.R.)

Data xvi. kal. iulii, indictione viii, anno dominicę incarnationis millesimo c xiiii, 20 regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno viii, imperante iii; actum est Tollendorf; in Christo feliciter amen.

45.

Bischof Herwig von Meißen stiftet, veranlaßt dadurch, daß ihm außer seinem Stift kein Mönchskloster zuständig sei, zu Wurzen ein solches und eignet diesem von den Lehensgütern seines Stiftes eine 25 Präbende zu, darunter den Burgwart Puch mit Kirche und Zehnten.

1114 Aug. 16.

Handschr.: Kop. (Sare. XVIII.) nach dem verlorenen Liber Theoderici fol. 285 in Uvicinus, Dipl. Min. I. fol. 211. Kgl.

Büchhdok. Dresden J. 229.

Gedr.: Celles, Series ep. Min. ep. III.

— — burgwardum^{a)} videlicet Pouch cum ecclesia et decimatione et cum omni utilitate, que ibi est ant inde omni tempore provenire potest, et telonenm Wurcense et ibidem dnas villas Mistiuiz et Truskow vocitatas, quod fuit beneficium eiusdam militis Pisonis nomine et filii eius Frederici, quibus absque heredibus defunctis fratribus supra dictis in prebendam dedimus. — — Quod monasterium ego Herwigus et Theodericus sanctę Numburgensis ecclesie venerabilis episcopus proxima die post assumptionis sanctę Marie consecravimus anno ab incarnatione domini mcmxiii. — —

45. a) wurwardum Kopye.

46.

Kaiser Heinrich V. bestätigt das von der edlen Frau Paulina und ihrem Sohne Werner gestiftete Kloster. — Zeuge: Markgraf Hermann. Erfurt, 1114 Aug. 26.

Hbsch.: Or. Verg. Landesarchie Sondershausen. N. = Hoffm. III. 29.

5 *Gedr.: Hesse, Gesch. des Klosters Paulinzelle 3. Stumpf 3116.*

— — Testes autem huius traditionis sunt. Adelgoz Magdeburgensis archiepiscopus, Reinhart Halberstatensis episcopus, Henricus Podelbrunnensis episcopus, Herwig Miscensis episcopus, Didericus Cicensis episcopus, Gerhart Merseburgensis episcopus, Herimant marchio, Rodolfus marchio, Fridericus palatinus, item Fridericus palatinus, 10 Didericus comes et filius eius Milo, Helericus comes, Sizo comes, Erwinus comes, Hoger, Henricus cognomine cum Capite et alii quam plurimi divites et pauperes.

‡ Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi: (M.)

‡ Bruno cancellarius recognovit:

(S.J.)

Data vii. kal. septembris, indictione viii, anno dominice incarnationis millesimo 15 c xiiii, regnante Henrico quinto rege Romanorum anno viii, imperante iii; actum est Erpsenort; in Christo feliciter amen.

47.

Kaiser Heinrich V. bestätigt den Güterverkauf des Grafen Ludweig an das Kloster Reinhardshamm. Erfurt, 1114 Sept. 14.

20 *Hbsch.: Fälschung, Verg. Haus- und Staatsarchie Göttingen Q Q I. g. 16. Phot. H. St. A.*

Gedr.: Nessel, Die Fälschung der alt. Reink. Urkunden 119. Stumpf 3118.

Ann.: Die Urkunde, sehr lobt (korrigiert nach Cop. Reink. R R. I. 18 fol. 191), in eine grobe Fälschung. Vergl. Nessel a. O.

‡ In nomine summae et individuae trinitatis. Henricus divina favente clementia 25 Romanorum imperator augustus: | Notum esse volumus omnibus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos petitione Er[nes]ti venerabilis abbatis | Regineribrunnensis cenobii et fratrum inibi die ac nocte deo devote famulantium praedium omne [circa] vel infra Loibam silvam iacens | [cum] villulis prope positis aut ponendis, scilicet montem Scounonbure, Drisourot, Erembrechdesrot, Frid[erich]esrot, Bussenrot, Erphes- 30 rot, praedium, quod est in Linnugou, Bulhilsrot, Curinbach cum omnibus appenditiis ad praenominata [loca] pertinentibus omnimodis dictis vel dicendis domibus edificis cum [n]trijusque sexus mancipiis viis et inviis cultis et incultis [mobi]libus et immobilibus campis silvis aquis aquarumve decursibus ar[is] iustis montibus et vallibus quaesitis et inquirendis exitibus [et] reditibus, quod eidem abbati q[ua]n[dr]a[ge]nta libris argenti ad acrar[um] nostrum 35 pro redemptione inhabitat[ur]dae patriae sui suorumque, qui imperio nostro secum rebell[e]s [extiteran]t, perso[nti]s Lüdouicis inuor vendidit, patre suo Lüdouico co[m]ite tunc temporis per uos re[da]cto in captivitate[m], [p]recipiente s[ibi] [et] collaudante et coheredi- bus suis [cunctisque] propriis ac li[beris] suis in id il[lu]sum per omnia consentientibus

et] v. non. maii anno ab incar[uatione] domini m c xiiii in villa, quae dicitur Hmine, in manus trium virorum liberorum scilicet Rüdīs, Sigefridi, Lūph ad supra dictum monasterium Reginherisbrunnon solemnpi more delegandum coram testibus adnotatis contradidit, regia auctori]tate monasterio illi stabilitum esse perpetualiter ac libere sine contradictione alicuius possidendum volumus hoc imperiali censura statuentes, ut nulli omnino hominum 5 liceat in posterum aliquid hereditatis vel proprietatis sibi nec inde usurpare sen vim inferre, minere, auferre aut ablatum retinere, sed soli abbati et monachis eius uti, possidere, dare, commutare potestative in sempiternum con[va]leat, quo tutius ac liberius pro imperio nostro et [t]oti]n]s regni statu deo et sanctis eius orationes ingiter effundant. Et ut haec nostrae domi[natio]nis auctoritas nunc et in futuro fir[m]a et inconvulsa permaneat, hoc praeceptum 10 inde conscriptum, sigilli impressione signari iussimus [m]annuque propria, ut infra videtur, [co]rrob[or]avin[us]. Henricus Romanorum imperator augu[stus] s[ic]u[er]i. (S. spec.) Rūger de Rīmstede, Thūterich de Theidelēho, Hug, Ansh[elm] duo fratres, Martius de Mulibure, Folemar [de Beringe, Albericus de] Cūmmero, Isinhart de Suzzero, [V]eltricus] de Adelesleho, Ermir[ic]ens de [M]o[st]orf, Heriman de Lizni, [Heinricus de Uterit, 15 Hug de Frisense, Bebo de] S[e]hechī, Ekkehart de Gūthiron.

:[Signu]m domini Heurici (M.) imperatoris augusti invictissimi.]:

(S. spec.)

:Brun cancellari]us vice] Adal]berti archicancellari]i recognovi.]: (S.J.)

Data xviii. kal. oct. anno ab incar]uatione domini millesimo cxiiii, indictione [vii]: 20 a]etm] E]rphesfurt.

48.

Kaiser Lothar III. nimmt in einer Urkunde von 1134 (Stumpf 3291) das St. Marien- (später St. Agilinus-) Kloster zu Brunswichweig in seinen Schutz, welches von Gertrud, der Tochter des Markgrafen Ekbert von Meißen, erbaut und am 1. Sept. 1115 in seiner und seiner Gemahlin, Gertruds 25 Tochter, Gegenwart geweiht wurde. (1115 Sept. 1.)

*Häsch: Or. Verg. Landeshaupstarchiv Wolfenbütel. S. = Heffner III 30.
Gedr.: Or. Guelph. 2,517 (mit sehr schlechtem Facsimile). Stumpf 3291.*

C. :In nomine sancte et individue trinitatis. Lotharius divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus. : Notum esse volumus universis Christi fidelibus 30 tam futuris quam presentibus, qualiter Gertrudis marchionissa filia Ekberti marchionis monasterium deo et sancte dei | genitrici Marię in loco Brunswich dicto edificavit et ad monasticę vitę regulam perhenniter delegavit et consensu heredum suorum, ut moris est, de hereditate sua | dotavit et ditavit atque donno Heurico abbati de Buresfelde commenda-
davit. Cuius industria et bonę fundatricis impensa felicio feliciter consummato 35 anno dominię incarnationis mxcv, indictione viii, Romaneę ecclēsię legatum domnum Tidericum nec non venerabilem Halmerstedensis ecclēsię episcopum Reinhardum ad consecrandum idem monasterium invitavit. Qui videlicet viri venerabiles illo venientes nobis etiam cum carissima coniuge nostra Rikenza eiusdem marchionissę filia presentibus, nec

non innumera abbatum, prepositorum, cleri populique astante caterva die kalendarum septembrium idem monasterium sollempniter ad honorem Iesu Christi eiusque genitricis dedicaverunt. Ubi predicta felix marchionissa ea, que prius vocata deo et sanctis eius, ad sustentationem monachorum domino inibi famulantium obtulit cum consensu heredum suorum, scilicet filii sui Ottonis et filiarum, videlicet Richenzę coniugis nostrę et Gertrudis palatine comitisse, presente clero et populo, qui eo die illo confluerat. Obtulit autem in Ualberge xxxviii mansos, ex quibus quattuor semper erunt sine decima, in Begerstede x mansos et ad vestiariam fratrum in Fresia apud Morheim predium solvens xx talenta illius monete. His ergo deo devote ab ea oblati et ad conspectum domini Sabaoth per angelos, ut credimus, allatis predictis apostolicę sedis legatus apostolica auctoritate, sed et venerabilis episcopus eandem donationem suo banno confirmaverunt, et, quicunque quoquo modo vel ingenio aliquam vim rebus eidem monasterio collatis vel conferendis intulerit, cum Iuda traditore, diabolo et angelis eius sub anathemate feriendo tradiderunt. Postea vero quam eadem marchionissa Gertrudis mundo excessit, filię eius Gertrudi palatine in parte hereditatis accepta idem monasterium in tutelam cessit. Que non minorem matri in provehendo eodem monasterio fervorem arripiens x mansos in Berchem cum mancipiis utriusque sexus dedit et eundem locum proprio abbate decorare volens de Hilsinneburch electum et expetitum venerabilem virum Gozwinum prefecit et a venerabili Fardensis ecclesię episcopo Timaro in eodem monasterio presente coniuge nostra ordinari fecit. Exactis autem aliquot annis cum prefata Gertrude palatina partem hereditatis, quam acceperat, datis aliis prediis cambivimus idemque monasterium sub nostram potestatem suscepimus. Quieti itaque eiusdem monasterii deoque ibi servitium providentes locum eundem cum omnibus ibi collatis et conferendis, acquisitis et aquirendis nostrę auctoritatis decreto firmamus et regali banno munimur nostri privilegii scripto roboramus, advocatiam vero ecclesię iuri nostro hereditarie nostro, cuius ditioni castrum illud Tanquarderoth cum suis appendiciis mancipatum fuerit, reservantes per unum ministerialem nostrum absque aliquo beneficii iure administrari decernimus. Qui videlicet ter in anno placitum teneat et ad servicium suum, sicut bone memorię Gertrudis marchionissa instituit, percipiat, scilicet unum porcum vel solidum unum, tres modios panis, v amphoras cervise, lx manipulos ad pabulum. Quodsi vel in rebus vel in causis monasterii ablati ac fratribus violentiam inferre temptaverit vel iniustas exactiones exercebit, secundo ac tercio communitus, si non emendaverit, ab advocatia removeatur et alius, quem princeps, sub cuius potestate locus est, nihil monasterio iudicaverit, subrogetur. Abbas vero liberam habeat potestatem in collocandis ad utilitatem monasterii prediis, sed et de census seu servicii sui subtractione seu cuiuslibet alterius iusticie sue diminutione, secundum quod sententia dictaverit, cum familia ecclesię agat, cui videlicet actioni advocatus nullatenus se nisi vocatione abbatis temptet ingerere. Si quis vero contra hoc nostrę institutionis decretum venire temptaverit et eiusdem monasterii quietem illo modo turbaverit, ad temeritatis sue penam decem libras auri, medietatem camerę nostrę et medietatem prefate componat ecclesię. Et ut hoc omni in posterum tempore firmum et intemeratum custodiatur, presentem paginam sigilli nostri impressione insummus consignari.

!Signum domni Lotharii tertii Romanorum imperatoris invictissimi. (M.) (S.J.F.R.)

!Ego Thitmarus vice Adelberti archicancellarii reognovi.

Data Goslarie incarnationis dominice anno MCCCXIII, indictione XII, anno vero regni regis Lotharii VIII, imperii secundo.

49.

5

Erzbischof Adelbert I. von Mainz überläßt dem vom Grafen Luitwig gegründeten Kloster Reinhardsbrunn den Zehnten. Erfurt, 1116 April 17.

Hbsch.: Fälschung, Perg. Harz- und Staatsarchiv Göttingen Q. Q. I. g. 18. Phot. H. 88. A.

Gedr.: Nauk, Die Fälschung der alt. Reich. Urkunden 123. Böhmner-Witt, Regenten XXV. 46. Vergl. No. 6.

Ann.: Die Urkunde ist eine grobe Fälschung. Vergl. Nauk, a. O. 56.

10

!In nomine summae et individuae trinitatis. Ego Adelbertus dei gratia Mogontiacensis archiepiscopus. Quoniam apostolica exhortatione: | misericordie operibus studere iubemur ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, notum esse volumus omnibus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos | Lüdowico comite interveniente compassi inopie indigentium monachorum deo devote famulantium in cenobio, quod dicitur Reginherisbrunno, ab ipso in nostro | episcopo in sua proprietatis gleba iuxta Löhham silvam edificato ob respectum divini amoris et sanctorum Marie perpetue virginis sanctique Iohannis apostoli et evangeliste, quorum nomini dedicatum est, tradidimus, quemadmodum et antecessor noster Ruthardus archiepiscopus ex parte contradidit praenominatis monachis ad supplementum victus sui decimationem omnium dominicalium suorum cunctorumque sibi famulantium nec non omnium honorum, que vel nunc possident vel postmodum adipisci poterint, ita sane, ut ex eadem decimatione de iniquoque dominicali suo unum, quod vulgari lingua govvinutti dicitur, per antiqua Turingiorum insticia, quod nominatur decima, reddant eis, quibus hoc iure debetur. Sed et decimationem prediorum vel beneficiorum Lüdov[ic]i[us] comitis infra termino[s] Turingie consistentium eis tradidimus et [de cetero, si quis] decimationem suam fidelis [s]po[nte] devotione eis offerre voluerit, libere semper perfruendam ex auctoritate episcopali, qua debemus, concessimus eadem vulgari insticia decime permanente, quam prins exsoluebat. Hanc autem traditionis libertatem firmam et inconvulsam cunctis [per]maneu[dam] temporibus rogante Ernesto venerabili abbate Reginherisbrunnense hamno dei et nostro predicto cenobio quiete et potestative in sempiternum perfruendam firmavimus canque scripto hoc memorie commendantes sigilli nostri impressione signavimus.

Data xv. kal. maii anno ab incarnatione domini millesimo cxvi, indictione viii, actum Erphesfurt; feliciter amen.

(S.J.D.)

35

49. a) Lech. Ergibt nach Reich. Kopial R R I. 18 fol. 251.

50.

Der Abt Ernst zu Reinherisbrunn bekundet, daß der gottesfürchtige Graf Konrad von Wettin den aus dem Erbe des Grafen Wilhelm von Kauburg ihm zugefallenen Ort Laußwitz, wosel der Hälfte des dortigen Waldes, seinem Kloster zugeeignet habe. 1116.

- 5 *Utschr.: Ur. Perg. Hess.- und Staatsarchiv Göttingen Q. Q. I. g. 19. Phot. H. S. A. S. der Abtes abgebildet Thour, nova 75. Geogr.: Hohn, Collectio numm. 1, 75. Thour, nova 75. Mittheil. der Gesellsch. . . des Ostel. 8, 49.*

In nomine summe et individue trinitatis. Ernest dei gratia Reinherisbrunnensis abbas: | Viri sapientissimi verbum dictum antiquitus divitię viri redemptio anime eius. Quod factis imitatus comes | religiosus Conradus de Witu tradidit ecclesię sanctę dei
10 genitricis Marię in loco Reinherisbrunn constructę | quendam locum Lvsinię dictum et dimidiam partem circumiacentis silvę, quę sibi ex comitis Willhelmi de Kaenburg contigit hereditate, eum omni iure ad eandem silvam pertinente, hoc est vis et invis cultis et incultis pascuis aquis aquarumque decursibus piscationibus venationibus cumque omni-
15 quam post futuros nostri cenobii fratres tanti beneficii in conspectu domini iugiter mem- rari volentes, sed et omnes, qui hæc audierint, huius facti testes habere cupientes per huius cartę conscriptionem commendamus illorum memorię, ne ob temporum diuturnitatem unquam deleatur oblivione.

Actum anno ab incarnatione domini M C XVI, indictione VIII, temporibus Heinrici
20 Romanorum imperatoris quarti et domni Adelberti Mogontiensis archiepiscopi.

(S. J. F. R.)

51.

*Kunigunde von Biechlingen eiguet dem Kloster Nordheim einen Theil der ihr ausgefallenen Erbschaft zu, und Adela, die Markgräfin Kunigunde und Mothilde treten der Disposition ihrer Mutter
25 bei. — Zeuge: Markgraf Wigbert.* Nordheim, 1117.

Utschr.: Kop. III, 168 (Sacc. XVIII.) A und Kop. III, 168 (Sacc. XVIII.) B. Staatsarchiv Hannover. Geogr.: Schenk, Orig. Geogr. 4, 574.

- 30 *Anm.: Am Schlosse von A befindet sich folgende Notiz über das Siegel: Huius privilegii sigillum est rotundum impressum, in cuius circumferentia stat scriptum literis capitalibus: Sanctus Lampertus episcopus. In medio stat persona presulis habens in manu baculum pastorem et aliam ad benedictionem extantam. Hierauf heißt es: Huius privilegii habemus in duplię litera. In una appendit sigillum domini Maguntini archiepiscopi Adelberti, cuius circumferentia prae senio est irrecognoscibilis. In medio vero sedet in cathedra persona presulis habens in dextra baculum pastorem, in sinistra librum clausum.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Cunigundis de Biechlingen^{a)} famu-
35 lorum Christi familia notum facio tam futuri quam presentis evi^{b)} fidelibus, quo modo vel in quibus monasterium in Northeim per Ottonem dive memorie Saxonem ducem fundatum et in honorem sancte dei genitricis sanctique Blasii preciosi martyris consecratum nostra augmentatione suavererit et quo modo inter alia felicium hominum donaria nostra quoque largitione^{c)} novella ibidem^{d)} plantatio adoleverit. Siquidem^{e)} pro anime nostre omnimque
40 ad simile pous intendimus remedio fratrumque in eodem^{f)} loco deo fideliter servientium

51. a) Biechlingen B. b) iuc B. c) suer. — larg. fehlt B. d) ibidem fehlt B. e) siquid B. f) meorum A.

sustentatione portionem quandam de hereditate nostra, quartam videlicet partem ipsius⁵⁾ ville emu familiis et mancipiis et omnibus utilitatibus, que in predicto termino vel in presentiarum continentur vel in posterum convenientius⁶⁾ et in melius reformari vel elaborari poterunt, in agris, in pratis aquis aquarumve decursibus sylvis cultis et in multis mobilibus et immobilibus eidem monasteria fideliter obtulimus, quatenus in eodem loco fratres deo⁷⁾ servientes pro nostra et proles nostre⁸⁾ salute propensius libent⁹⁾ divinum implorare clementiam. Et ut hec nostra oblatio firma eis conservetur, neve¹⁰⁾ aliquis inposterum, quod absit, hec minere¹¹⁾ aut infringere, seu alteri¹²⁾ in beneficium dare conetur, hoc testamentum sigillo sanctissimi et amantissimi patroni nostri Lauperti roboratum et herulum meorum¹³⁾ subscriptione, testium etiam probabilium annotatione firmatum ad evidens iudicium omni¹⁴⁾ posteritati¹⁵⁾ eis dedimus. Quod si quisquam contra¹⁶⁾ deum manus extendens hec¹⁷⁾ infringere tentaverit, coram omnipotentia divine maiestatis in die ire et furoris domini rationem inde reddat et pro voto¹⁸⁾, quod nos deo vivimus, qui illud violaverit, divino iudicio se damnatum¹⁹⁾ sentiat.

Ego Adhela²⁰⁾ matere voluntati in omnibus consensi et firmavi. 15

Ego²¹⁾ Cvinigundis marclisa monitionibus²²⁾ matere voluntati consensi et confirmavi.

Ego Mathildis matere voluntatis monitionibus et²³⁾ consensi et confirmavi.

Testes hi sunt. Dominus²⁴⁾ Wickbertus marchio, Reinboldus advocatus, Iohannes de Prissindorp²⁵⁾, Christianus pincerna, item Christianus de Custan²⁶⁾, Adelhards, Fulradus²⁷⁾, Theodericus, Landolfus²⁸⁾ dispensator, Sigebodo et alii quam plures. 20

Actum Northem anno ab incarnatione domini mxcvii, indictione x, regnante serenissimo²⁹⁾ imperatore augusto Henrico v, presidente Moguntinensi sedi Alberto archiepiscopo, Northheimensi abbate venerabili Warnundo, Sigefrido advocato; in dei nomine feliciter amen.

52.

25

Kaiser Heinrich V. restituirt der Abtei St. Marimin bei Trier deren Vasallen Ansehn von Molaberg mit dessen Lehen Gütern. — Intervenient: Graf Wigrecht. Speier, 1118 Jan. 2.

Händl.: Or. Papp. Nat. Bibliothek Paris (St. Marimin 48 No. 9267 fonds latin). S. = Heffer III. 29.

Geogr.: Beyer, *Mittelheim. Urkundenb.* I. 519. Stampf 3123.

Ann.: Die Daten weisen alle auf das Jahr 1118, das hier nur auf Anfang 1116 hin. Etwas bezieht sich auch das 30 ante viii. anno privilegii nostri (Heinrich V) auctoritate bei Stampf 3212 (Jahr 1125) offenbar auf dieses Diplom. Demnach gehört die Handlung nach Speier 1116, die Brückung nach Italien 1118, wo sich der Kaiser damals aufhielt. Vergl. Pösch, *Markgrafen von Meißen 272 Ann.* 184 und *Col. Sax.* I. 1, 145.

— — per interventum fidelium nostrorum Friderici Coloniensis et Brunonis Trevirensis archiepiscoporum, sed et Ottonis Babenbergensis³⁰⁾, Heremanni Angustensis, 35 Rodolfi Basiliensis et Brunonis Spirensis venerabilium episcoporum, nec non Friderici ducis

51. g) illius B. h) convenientibus B. i) nostri B. f) liberat A. f) nec B. m) inposterum amovere B. n) alteri fehlt AB. o) nostrorum A. p) eundem iudicium omnium posteritati eis A. eundem iudicium omni posteritati ei B. q) in B. r) hoc B. s) provoco B. t) dannandus B. u) Adela B. v) et ego B. w) marclis in omnibus matere B. x) et fehlt B. y) dominus fehlt B. z) Prissindorp B. aa) item — 40 Custan fehlt B. ab) Volradus B. cc) Landolfus B. Ludolfus Or. Gueff. ad) severissime.

52. a) Babergensis.

et Thietpaldi marchionis, Godefridi etiam et Berengeri, sed et Ludewici et Wigberti comitum aliorumque fidelium nostrorum assensum prebentes — —

! Signum domni Heinrici quarti Romanorum (M.) imperatoris invictissimi.!

! Bruno cancellarius ad vicem domni Adelberti archicancellarii recognovi.!

5

(S.J.)

Data III. non. iannar. anno dominicę incarnationis M C XVIII, indictione XI, anno regni domni Heinrici XVIII, imperii vero VII;

actum Spire; in dei nomine feliciter amen.

53.

10 *Bischof Dietrich von Naumburg weilt auf Bitten der Gräfin Bertha die von ihr dafste und dem Kloster Bosaun geweihte Pfarrkirche zu Zeitzau. — Zeugenz die Grafen Heinrieh (Bruder der Gräfin Bertha) und Konrad.*
Bosaun, 1118 Mai 1.

Geogr.: Schätze von Kreszög, Dipl. 2, 418. Thür. mens 626. Herzog, Chronik von Zeitzau 2, 17.

Ann.: Vayf. Prose, Markgrafen von Meißn 234 Ann. 66 und Geogr. Sax. I, 1, 126.

15 In nomine domini. Theodericus dei gracia Numburgensis episcopus. Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod petente Bertha illustri comitissa in territorio eius Zewickaw ecclesiam parochialem in honorem beate Marie virginis consecravimus et eandem ipsius donationem assenciente Sizzone comite et ceteris eius heredibus Bussawie
20 a sex fratribus inibi divina pro eius nostraque successorumque nostrorum memoria peragantur. Terminos propterea parochialis ecclesie eidem ab oriente rivulum Milsenan dictum a capite suo usque descensum eius in Muldam, a meridie montem Luderni et per transversum descensum Sennrice in Muldam collemque Ierema, ab occidente fontem, qui
25 Alhodistudanza dicitur, descensumque in Plisanan, a septentrione fossam, que Hirsissprunck dicitur, et collem, qui Weydemannissciets vocatur, prenotamus statuentes, ut prescripti termini in presentiarum culti, uti in futurum perpetuo tempore colendi dimidium decimationem eisdem fratribus solvant et ecclesie in posterum intra prefatos limites construende parochie cum omni iure subiaceant, incole quoque decimationem piscationis atque venationis, prout illustris comitissa eidem loco concessit, exhibeant. Acta sunt hec anno
30 domini MCVIII, I. maii in Bussawie in conspectu divine maiestatis presentibus testibus Sizzone comite, Henrico comite, Conrado comite, Mactolfo preposito, Timone preposito, Richwino, Bringero, Henrico, canonicis. Nobilibus. Sigeberto, Lafone, Wernhero de Cndicz, Heinrici cum Capite Nunster, Sigebotone, Iohanne, Martino, Volquino et aliis.

Erzbischof Adelbert I. von Mainz schenkt sein Kiedricher Hofgut, im Rheingau gelegen, dem Kloster Bischofsberg. — Zeuge: Graf Luchey von Thüringen. 1118 Juni 20.

Habsch.: Kopie „ex copia antiqua“ von Schott in dem Urkundenbuch zu seiner Gesch. des Rheingräf. Hauses in Bohmanns Sammlung zu Mültenberg. 5
Grch.: Bohmann, Rheinische Alterthümer I, 121 (nach dem Original wohl eher aus Schott). Sauer, Col. dipl. Nassauens I, 1, 97. Böhmers Will, Manzer Register XXV, 71.

— — Testes sunt. Bertolfus abbas sancti Albani, Werenboldus abbas sancti Iacobi, Embricho prepositus sancte Marie, Endo prepositus, Richardus prepositus, Giselbertus, Arnoldus canonici. Laici. Ludowicus de Turingia comes, Arnoldus urbis comes, 10
 Sigehardus comes, Bertolfus comes, Ludewicus comes, Gozwinus comes, Ernest scultetus, Arnoldus de Winkela, Franco, Meingotus et alii quam plures.

Datum anno dominice incarnationis sxcviii, xii. kal. iulii per manum Sifridi capellani nostri; in dei nomine amen.

Markgraf Konrad gibt Nachricht über die wechselnden Schicksale des von seinem Großvater und Vater und deren Brüdern dotirten Klosters Gerbestedt und wie dasselbe unter seiner Mitwirkung als Vogt reformirt worden ist. 1118.

Habsch.: Ur. (E) Perg. Staatsarchiv Magdeburg, Plat. II. St. A. N. = Taf. I. 2, nur als Fragment erhalten. 20
Grch.: Neue Mittheilungen aus dem Geb. hist. antiq. Forsch. III, 3, 93 ff.
*Ann.: Die Urkunde ist von mir (Markgrafen von Meissen 279 Ann. 210 und Col. Sax. I, 1, 149) und mehreren mit Uebersetzung versehen worden. So hat Schalles (Direct. dipl. 1, 250 Ann.) an ihrer Echtheit gezweifelt, weil Konrad den Titel „Markgraf“ führe, während er sich noch im Jahre 1121 „Graf“ nennt. Dieses Bedenken ist vollständig beseitigt, hat aber für die Echtheit der Urkunde nichts zu besetzen, da sie nachträglich eine längst verlassene Häuflung beibringt. In der Urkunde wird des (1123) verstorbeneu Bisthofs Reinhard von Halberstadt gedacht, der zusammen 25 mit Konrad das Kloster G. zu reformiren beabsichtigt gewesen sei. In Gegenwart von Zeugen und des Bisthofs Reinhard ist die Reformationsversammlung und die Häuflung selbst in Gerbestedt vollzogen (1118). Demnach ist die Urkunde erst nach Reinholds Tode (§ 1123 Febr. 27) auf Grund der Häuflung von 1118, von der offenbar ein Akt oder eine sonstige Notiz vorlag, ausgestellt. Die Schrift weist auf die Mitte des 12. Jahrhunderts hin, in welcher die Bezeichnung der Häuflung erfolgt ist. Ebenso auch das Siegel, das Konrad erst nach 1150 geführt hat. 30
 Größere Wahrscheinlichkeit hat die Annahme, daß die Urkunde eine Remotion der nicht mehr erhaltenen Urkunde von 1118, und zwar mit verfallenen Texten, ist. Es gab für Markgraf Konrad auf Grund der alten Bestimmungen von 1118 die Vogteirechte des inzwischen in ein Augustinerkloster veränderten Gerbestedt neu zu bestätigen und zu flären.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus divina favente clementia 35
 marchio Misensis. Omnibus Christi fidelibus not[um] e[st] c[on]sue[ti] volo et perpetue memorie commendari desidero, qualiter [vir ecclesiasticus Monasteriensis ecclesie antistes Friedericus consensu venerabilium virorum fratrum suorum meorum parentum, videlicet [marchionis] Dedonis, Geronis, Couradi comitum, patris quoque mei [comitis Thietionis] ceterorumque alio consanguinitatis articulo mihi coniunctorum et consilio et licentia 40
 venerabilis viri Bueonis Hal[mer]stadensis) episcopi ecclesiam, que dicitur Gerbestede, pro honore sancti Iohannis baptiste, eius reliquie ibidem continentur, ex parte predicto-

55. a) Loch.

rum principum ditatam consummavit canonicamque vitam sanctorum, quam in eodem loco inceptam repererat eorundem dominorum licet laicorum iuvamine, ut bene noverat, canonicè et regulariter ordinavit. Instituerunt enim hi omnes preminati viri in eadem ecclesia more totius Romane ecclesie abbatissam, que claustraliter vivens sine spiritualiter
 5 precesset congregationi eidemque abbatisse suam singularem partem de prediis predictæ ecclesie ad suam procuracionem decreverunt, alia vero ad viginti quatuor prebendas sanctorum monialium et sustentationem sex prebitorum et minus diaconi et minus subdiaconi dari inusserunt. Que vero supererant ipsis laicis, qui dicebantur ministeriales, ecclesie ad mandatum solius abbatisse servire debentes, cuicque, ut dignus erat, impenderunt. Hoc etiam
 10 ut his, qui provecioris etatis inter eosdem cognatos esset, advocatiam haberet et, quod nullus ex ipsis eandem advocatiam aliquo modo alienaret, collaudaverunt. Ipsi etiam statuerunt dari servitium advocato ter in anno, dum presidere debet iudicio, primo videlicet post epiphaniam tres plenos porcos, tres modiolos et dimidium salis, tria muldra et dimidium farine, triginta caseos, dimidium sexagene sentellarum, quindecim bicaria, quinque
 15 gallinas, quinquaginta ova, septem sexagenas avene, viginti urnas cervise, quinque ollas, tria plaustra lignorum. In ebdomada post pascha dandi sunt tres porci, quorum quilibet valeat quatuor solidos, bernam cum interioribus excepta arvina, capite et pedibus ac fulta reliqua, sicut in epiphania. Item proxima die dedicationis dabantur sex oves et reliqua omnia, sicut in pascha, sed sine porcis et berna. Hec ideo statuerunt, ne advocatus gravis
 20 esset hominibus ecclesie, sed eos defensaret, quequit etiam de iustis causis in placito suo ad hominibus ecclesie obtineret, tertia pars sua esset et due partes ecclesie cederet. Hoc etiam de communi consilio omnium cognatorum, cum opus fieret, ut abbatissa eligeretur, constituerunt. His vero hoc modo ordinatis predicti principes suasi fratris sui prefati episcopi Friderici et ob hoc, quia melius sciunt clerici regere ecclesiasticos ordines quam
 25 laici, eandem abbatiam Monasteriensi ecclesie hac conditione obtulerunt, ut, quicumque Monasterie esset episcopus, in eodem loco unam curiam cum bonis ad illam determinatis haberet ipseque cum illic causa dandi abbatia^m*, quod tamen sine predictorum heredum consensu nunquam fieri debet, vel pro aliqua alia causa eiusdem ecclesie dispositione^b) necessaria veniret, servitium sibi fieret et si ultra eiusdem ecclesie bonis . . . *) sic immitteret, quod aliqua sine tribus causis faceret, quas determinaverant, si vel quod abbatiam sine predictorum heredum consensu vel congregationis alicui daret vel de bonis ad prebendas sanctorum monialium*) pertinentibus sine mense assumeret vel etiam eiusdem ecclesie
 30 bona [beneficialia] iure liberis viris prestatet, que etiam ad loci et ad ius institutionis destructionem pertinerent, per hoc sibi et omnibus successoribus*) suis predicti loci potestatem perderet. Hac igitur re tam honeste ordinata, quam dicitur*) Fridericus episcopus vixit, status eiusdem ecclesie securus permansit nec aliquis pactum illo modo infregit, sed mortuo illo Erpo subsequens Monasteriensi episcopus predictum pactum violavit. Nam bona eiusdem ecclesie beneficiali iure liberis viris cognatis suis porrexerat. Quo facto comes Thiemmo pater meus unus de predictis fratribus, qui tunc superstes more

49 ^{si} 55. b) dispositione.

instinto eiusdem ecclesie advocatiam tenuit, cum marchione H[einrico] et cum fratre suo comite C[unrado] et cum comite W[ilhelm]o et fratre suo comite D[iterico] ac cum ceteris cognatis suis inuit consilium, quid faceret, cum pactum a se et a patribus illorum firmiter ruptum esse viderent. Omnes pariter commoti legatione facta episcopum Erponem in ipsam locum Gerhestede vocaverunt, ut de hoc facto secum tractarent. Ipse autem v-
 catus venit et vix de predictae loci potestatis ablatione, que pro rupto pacto fieri debuit, inter se et eosdem principes pace composita bonis ecclesie redditibus priorum pacti conditionem reiteravit communicare consilio eam deinceps ratam esse collaudavit. Reiterato igitur pacto predicto res tota tranquilla sine motu permansit, quamdiu idem Erpo episcopus vixit. Set eo fideliter in domino defuncto Burchardus eiusdem Monasteriensis ecclesie 10
 dictus episcopus supervenit et rem hoc predicto modo ordinatam inveniens non ex parte, set omnino destruxit. Nam defuncta eiusdem ecclesie abbatissa nullam aliam, ut regula sanctimonialium exigit, ipsis prefecit, sed partem aliodiorum, que abbatisse pertinuit, cum aliis plurimis bonis, que pro animabus predictorum principum et cognatorum illorum, quorum omnium corpora ibidem sepulta sunt, in anniversariis eorum ad dandas oblationes 15
 fratribus et sororibus et ad dandas elemosinas pauperibus in altari sancti Iohannis baptiste oblata et hanc Halnerstadensis episcopi confirmata fuerunt, mense suo assumpsit. Sanctimonialia etiam, quas ibi meliores invenerat, et quendam canonicam, quia ob[ed]ientes erant Romane ecclesie, eiecit et quatuor sue assentantes voluntati retinuit, bona etiam ad earum prebendas pertinentia sibi usurpavit, quedam insuper eiusdem ecclesie bona mili- 20
 tibus dedit, comiti H[er]manno, domino H[er]manno, domino R[udolpho], domino S[igfrido], domino M[artino] et ceteris multis, quibus voluit, et sic servitium dei, quod in illo claustrum fieri debebat cotidie, prostratus destruxit. Mortuo vero illo destructore ecclesie vener[abilis] dominus meus bone memorie R[udolphus] Halnerstadensis episcopus, egre ferens tantum loci destructionem communicato consilio tacitis ecclesie dignum duxit ad bonum statum pre- 25
 staute domino reformare. Ego vero, quia locu[s] ad meam spectabat tutelam et defensionem, quamvis in eccles[ia] rebus adhuc essem tener et fatuus, tamen multorum venerabilium virorum, episcoporum, abbatum ceterorumque fidelium Christi preceptis et monitis [in]struetus, libenter ex habundanti rerum mearum copia ad eterne [bea]titudinis vitam optinendam et ad temporalem feliciter transigendam divina auxiliante gratia, quod 30
— — Huius rei testes sunt hii. Rapoto prepositus Nuenburgensis. Fridericus prepositus Cycensis. Ekelhardus abbas sancti Georii. Adololdus abbas de Porta. Rudolphus abbas de Burglin. Ernestus prepositus sancti Mauricii. Conradus prepositus sancti Stephani. Hildebrandus prepositus de Lusiniz. Canonici Nuenburgenses. Gerboto decanus. Trutwinus. Gerlagus magister. Adelbertus. Henricus. Hartmannus. Manegoldus. Canonici Cycenses. Sigefridus decanus. Gerhardus. Tipoldus. Rudolfus. Fridericus. Billungus. Lutolfus. Gotscaleus magister. Gozpertus. Martinus. Conradus custos. Nobiles. Dedo comes. Reinhardus de Bobluz. Reinhardus burggravius de Cyce. Heydincus de Weta. Erkenbertus de Tecuwiz. Ministeriales. Gerhardus et Gumpertus 15 fratres. Ludewicus. Volradus. Wienandus. Henricus cum barba et filii eius. Hugo. Henricus. Daringus. Herbo. Hertwicus et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini $\text{M}^{\text{C}}\text{LXXXVI}$, indictione XIII , v. nonas octobris, anno ordinacionis domini Vtonis Nuenburgensis episcopi VI ; feliciter amen.

20

Bischof Udo von Nürnberg überläßt von den Zehnten, welche Bischof Udo I. in dem Pleißner Gau dem Kloster Bosau zugeeignet hat, 40 Scheibern Weizen und Hafer der Kirche des in diesem Gau gelegenen Dorfes Nobitz zur Erhaltung des dortigen Pfarrers. — Zeuge: Graf Dedo. 1186 Okt. 2.

*Hlchr.: Chart. Bosae. S. 24 (Saec. XIV.). Kgl. Bibliothek Dresden.
Gedr.: Schöttgen und Kreyzig, Diplomataria 2.427.*

25

— — Acta sunt hec anno domini $\text{M}^{\text{C}}\text{LXXXVI}$, indictione XIII , v. nonas octobris, anno ordinacionis domini Vtonis Nuenburgensis episcopi VI ; feliciter amen. Huius rei testes sunt hii. Dominus Gerungus Misnensis episcopus, cuius consilio et opere hec acta sunt. Rapoto Nuenburgensis ecclesie prepositus. Ekelhardus abbas de sancto Georio. Rudolphus abbas de Burglin. Adololdus abbas de Porta. Fridericus Cycensis prepositus. Ernestus 30 prepositus de sancto Mauricio. Conradus prepositus de sancto Stephano in Cice. Hildebrandus prepositus de Lusiniz. Canonici Nuenburgenses. Gerboto decanus. Trutwinus. Gerlagus magister. Adelbero. Henricus. Hartmannus. Manegoldus. Canonici Cycenses. Sigefridus decanus. Gerhardus. Lipoldus. Rudolfus. Billungus. Conradus. Nobiles. Dedo comes. Reinhardus de Bobluz. Reinhardus burggravius de Cyce. Hedenricus 35 de Weta. Erkenbertus de Tecuwiz. Ministeriales. Gerhardus et Gumpertus fratres. Ludewicus. Volradus*). Henricus cum barba et filii eius. Henricus. Hugo. Erbo. Hertwicus Turingus et alii quam plures.

339. a) Volradus Chart.

340.

Bischof Johannes von Merseburg erhält vom Abt Heinrich von Pegau gewisse Güter in Stolpen und tritt an dessen Kloster den in zwölf Scobronen bestehenden und bisher von dem Grafen Dedo lehnweise besessenen Zehnten mit des letzteren Bewilligung in Karlesdorf, Dobergast und dem Vorwerk Pegau ab, beleihet auch den Grafen Dedo zur Entschädigung dafür mit den genannten Gütern. — Zeuge: Graf Dedo.

1166.

Blösch.: Or. Perg. Rathbibliothek Leipzig. Das bischöfliche S. ist sehr gut erhalten. Pegauer Hand. Vergl. Füsse, Lehre von den Privaturk. 13. Phot. H. St. A. Gebr.: Naumann, Catal. MSS. 230.

10 C. In nomine sanctę et individue trinitatis. Iohannes divina disponente clementia Merseburgensis episcopus universis Cristi fidelibus. Misericordia vobis et pax et caritas adimpleatur. | Ad hoc a provisoro omnium bonorum deo, ecclesiasticę religionis nobis dispensatio credita est, ut religiosos diligamus personas et bene placentes deo religionem studeamus modis omnibus propagare, neque enim deo gratus aliquando | famulatus in-
penditur, nisi id radice caritatis procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Ea
15 propter ad noticiam tam presentium quam futurorum presentis scripti pagina permanere congruum duximus, qualiter Heiricus cenobii | Bigatigensis abbas septem mansos cum sex curiis in villa Stulpen nuncupata nostre contradidit ecclesię, quatinus cenobio suo decimam quam Dedo comes homini iure a nobis susceptam possederat, eodem
20 annuente comite atque id ipsum attentius postulante quadam concumbii ratione traderemus. Quia igitur iustis postulationibus equum esse facilem prebere consensimus, mansos cum curiis annotatis comiti iam dicto in beneficio concessimus, decimam vero que in Karlesdorf et in Dobergast et in ipso dominicali Bigauig, ubi duodecim scobrones dantur, persolvenda est, in usus fratrum perpetuos memorati abbatis delegavimus. Verum ut hec
25 nostra traditio in omnia temporum futura stabilis et inconvulsa permaneat, eandem privilegii nostri attestatione sigillique impressione firmavimus. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularive persona contra hanc sciens venire presumpserit, semel ac secundo tercioque communita, si reatum suum congrua satisfactione non correxerit, perpetuo anathemate feriat. Huius rei testes sunt. Ludenucius Merseburgensis abbas. Uverenherus decanus maioris domus. Uuibertus scolastiens. Waltherus custos. Theodericus advocatus.
30 Dedo comes. Theodericus. Sigebodo et Fridericus fratres ministeriales regni.

Data anno dominicę incarnationis M̄ C̄ LX̄ VI, (S.J.) indictione XIII, regnante Friderico Romanorum imperatore augusto.

341.

35 *Kaiser Friedrich I. übereignet die Abtei Nienburg dem Erzbischof Magdeburg. — Zeuge: Markgraf Dietrich.*

Nürnberg, 1166.

Blösch.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Zerbst.

Gebr.: v. Heinenann, Cod. dipl. Anhalt. 1362. Stumpf 4065.

Anm.: Die Urkunde ist von Stumpf (Acta Mag. Ecol. XX), Varrerepp (Christian von Mainz 129) und v. Heinenann für eine Fälschung erklärt worden. Ficker (Beiträge 1.165 und 216) ist eher geneigt, die Urkunde zu retten. Die

40

Schrift ist zeitgemäß, nicht, wie Pertz glaubt, aus dem 13. Jahrhundert, sie verräth nienburger Klosterschulz. Irregularität und Zeugen weisen auf Ende 1173 hin. Daß die bekundete Schenkung von Nienburg an Magdeburg wirklich 1166 Statt fand, wissen wir aus Stumpf 4066 und 4075, wie aus Schriftstellern. Von der der Abtei günstigen Bestimmung der vorliegenden Urkunde: hanc conditionem interponimus, quatenus nec ecclesia Nienburgensis nec abbas in beneficiis et familiis suis aliqua parte iusticie et honoris sui detrimentum vel diminutionem patiatur, läßt sich erweisen, daß sie schon 1166 so getroffen wurde, denn wenn sich in der ersten über für den Erzbischof 1166 gefertigten Schenkungsurkunde keine bezügliche Andeutung findet, so ist es um so beachtenswerther, daß es Stumpf 4075 heißt: hoc interposito, ut abbas Nuenburgensis ecclesie in eo honore cum beneficiis et ministerialibus remaneat integraliter cum omni sua iusticia et pleuitudine, sicut eum habuimus et divisimus. Es sagt weiter das Chron. Mond. Ser. zu 1171 ausdrücklich, daß der Kaiser bei der Schenkung der Abtei ihre Güter vorbehalten, der Erzbischof ihr trotzdem einen Theil ihres Güterbesitzes entzog. So kann es sehr wohl liegen, diesen Vorbehalt zu Gunsten des Klosters diesen noch nachträglich zu verbriefen, wobei dann aus nächstliegenden Gründen gerade die Datirung nach der Handlung von Werth war. Diese nachträgliche Beweiskraft kann 1173 recht gut erfolgt sein, da ein Aufenthalt im Dezember 1173 zu Nürnberg unwahrscheinlich ist. Die Urkunde, im Kloster Nienburg hergestellt, wurde dem Kaiser zu Nürnberg produziert.

— Huius rei testes sunt. Christianus Magonciensis archiepiscopus. Arnoldus Treuerensis archiepiscopus. Conradus Wormaciensis episcopus. Rodulfus Ledicensis episcopus. Hermannus Bauenbergensis episcopus. Heinrichus dux Saxonie. Mathens dux Lotharingie. Theodericus marchio Orientalis. Hugo comes de Dagesburg et alii quam plures.

Signillum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.
Ego Godefridus cancellarius vice Christiani Mogontini archiepiscopi
et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno dominice
incarnationis millesimo centesimo sexagesimo sexto,
regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo,
anno regni eius quartodecimo, imperii vero duodecimo;
datum Nurenberg.

(S.JD.)

342.

Markgraf Otto überläßt dem Kloster Volkerode die Benutzung eines bei dem Dorfe Radolferod gelegenen Berges.
Burg Kamburg, 1166.

Hbchr.: Or. Pertz. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 70. Empfängerhand. Vergl. Pöze, Lehre von den Priorturk. 14. Von dem aufgeführten S. ist nur ein Wachsfragment vorhanden.

Gebr.: Schöttgen und Kreyzig, Diplomataria 1, 752.

Ann.: In domo: Ottonis margionis super quendam montem prope Radolpherod, ziemlich gleichzeitig.

Notum sit universis ista legentibus et per eosdem eadem intelligentibus, precipue tamen modo in Radolferod existenti villico et deinceps | omnibus ipsis in eadem administratione successoribus et ibidem et circumquaque commanentibus et in reliquum nostris temporibus commansuris, quod ego Otto gratia | dei marchio Misnensis pro remedio peccatorum meique meorumque venerabili in Volkerodder Engelberto abbate devote ac suppliciter pro utilitate ecclesie sue me sollicitante concessi eidem sibi que reliquis in eadem dignitate successoris in honorem beate genitricis semperque virginis Marię

montem quendam prefatę villę adiacentem in usum, ad quem eam elegerunt*) et ad quem-
cumque de reliquo sursum deorsum ante retro dextrorsum sinistrorsum circulariter ad-
vertere poterunt. Quod ut ratum et inconvulsam eidem ecclesię omnibusque monachis et
fratribus inibi deo beatissimeque genitrici dei famulantibus in perpetuum maneat, sigilli
5 nostri impressione presens testimonium corroboravimus. Huius rei testes sunt. Rudolfus

abbas de

Bürgelia. Lätivicus comes frater Inaigravii. Tres capitani mei Güterus.

et Otta fratres de Lofeborch. Theodericus*) castellaanus de
castellaanus de Örlömande. Heidenrick*) de

(S.J.)

10 Hugo de Bresseno et plures alii tam liberi quam

sunt est. Facta sunt hæc anno dominice incarnationis

Ludolfus magister. Adam. Anglicus. Hartmannus

Kirzborch. Bärhardus de Grifsborch. Henricus

Weda. Henricus castellaanus de Kambörch.

ministeriales, quos omnes enumerare laborio-

15 CLIV. in castro meo Kambörch.

343.

*Kaiser Friedrich I. erteilt dem Markgrafen Heinrich (von Toscan) und eventuell auch dessen
Bruder Ugolino die Investitur mit der von dem verstorbenen Markgrafen Guido besessenen Mark. —
15 Zeuge: Markgraf Dietrich. Im Gebiet von Rimini, 1167 April 23.*

Gedr.: Muratori, Antiq. Italica L217. Stumpf 4085.

— — Huius rei testes sunt. Heribertus Bisuntinus archiepiscopus. Hermannus
Verdensis episcopus. Daniel Pragensis episcopus. Alexander Leodiensis episcopus. Udo
Ciccusis episcopus. Gotefridus Spirensis episcopus. Rodulfus Argentiniensis episcopus.
20 Ludewicus Basiliensis*) episcopus. Presbyter Cremonensis episcopus. Albericus Lau-
densis episcopus. Erleboldus Stabulensis abbas. Dux Bertholfus de Zeringa. Marchio
Theodericus. Dux Tieboldus de Boemia. Dux Ulricus de Boemia. Borchardus castel-
laanus de Magdeburg. Conradus castellaanus de Nuremberc. Comes Tieboldus de
Leekesgemunde et frater eius Henricus. Comes Warnerus de Havekesburg. Conradus
25 de Lewenstein. Marchio Wilhelmus de Monte Ferrato. Marchio Manfredus de Wasto.
Hugo magnus marchio. Comes Robertus de Lorotello. Marchio Henricus Wercius.
Albertus marchio de Incisa. Comes Wilhelmus de Blandrata. Bertholfus de Scowenburg.
Fridericus de Bilvieta. Henricus marescalcus. Ulricus dapifer. Lodewicus pincerna.
Ulricus de Sala. Rudegerus et Rodulfus camerarii. Wido de sancto Nazario. Comes
30 Malvicinus. Petrus Traversarius. Wido Ubertinus et alii quam plures.

Signum domini Friderici (M.) Romanorum imperatoris invictissimi. (S.J.D.)

Ego Philippus cancellarius vice Rainaldi Coloniensis archiepiscopi et Italie archi-
cancellarii recognovi.

Datum in territorio Ariminensi ix. kalend. maii, anno dominice incarnationis
35 MCLXVII, indictione xv, regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo,
anno regni eius xv, imperii vero xii; actum in Christo feliciter amen.

342. a) elegerunt, zwischen r und n q wegradirt. b) theodericus. c) H auf Rasse, zwischen d und e ist r wegradirt.

343. a) Argentinensis Muratori.

Bündniß des Klerus und der Bürger von Köln mit den Geistlichen und Bürgern von Magdeburg, sowie mit verschiedenen Fürsten des Reiches, darunter auch Landgraf Ludwig, Markgraf Otto und Graf Detlo, gegen den Herzog Heinrich den Löwen. — Zeuge: Ludwig, Sohn des Landgrafen.

Bei Magdeburg, 1167 Juli 12.

*Hbhebr.: Magdeburger Kopial (Sacc. XV. in.) fol. 95^v. Haus- und Stadmarchie Zerbst.
Gehl.: v. Heibemann, Cod. dipl. Anhalt. 1, 367.*

In nomine sancte et individue trinitatis archidiaconi, abbates ac prepositi et universus clerus, nobiles et beneficiati ministeriales Coloniensis ecclesie ac burgenses eiusdem civitatis. Ne confederacio ac perpetue amicitie connexio, que stabiliter facta est inter familiam sancte Coloniensis et Magdeburgensis ecclesie, alicuius ingenio aut per aliquam oblivionem possit dissolvi vel in irritum revocari, eapropter modum et ordinem, qualiter hec sancte societatis amicitia ad honorem utriusque ecclesie facta est, significamus et notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod pro confederacione ab utraque ecclesia, sicut litteris ac legatis invicem directis cognitum est, diu desiderata tandem consumanda ac confirmanda preclari et illustres viri ad Magdeburgensem ecclesiam eiusque fideles et confederatos legacionem nostram susceperunt, videlicet Bruno sancti Georgii prepositus, comes Heynriens de Arnesberg, comes Hermannus de Saphenberch et Heynricus de Folcnüdestein, quatenus idem prepositus illius ecclesie prioribus pro nostris, comites vero nostri illius ecclesie nobilibus ac ministerialis noster iam dictus Heynricus illius ecclesie ministerialibus pro nostris et pro burgensibus desiderate amicitie confederacionem et perpetuam stabilitatem sponderent et prestarent et eiusdem rei vicissitudinem ab illius ecclesie personis cum omni firmitate reciperent. Igitur iam dicti nuncii nostri ad civitatem Magdeburgensem pervenientes a venerabili domino eiusdem civitatis archiepiscopo Wychmanno et universis principibus ibi tunc congregatis honorifice suscepti sunt, deliberatoque ex utraque parte communi consilio et pretaxata forma, sub qua nunquam subtilius et utilius excogitari potuerit, ut hec amicitia indissolubiliter coniecteretur, prepositus Bruno ex parte priorum et universi cleri nostri memorato archiepiscopo Magdeburgensi, marchioni Alberto, Ludewico Iantgravio, marchioni Miscensi Ottoni, marchioni Brandeburgensi Ottoni et comiti Dedoni dextera porrecta in fide promisit et super sacrosancta ewangelia iuramento firmavit, quod dominus Raynoldus nostre civitatis archiepiscopus fedus amicitie, quod litteris et legatione promisit domino Wychmanno et principibus, qui ei confederati sunt, observet et post reditum suum ab Ytalia expeditione omni certitudine, qua debeat, corroboret, et quod universa familia Coloniensis ecclesie cum familia Magdeburgensi in una ac pari voluntate semper permaneat. Deinde comes Heynricus de Arnesberch et dominus Hermannus de Saphenberch et Heynricus de Folcnüdestein secundum formam promissi et iuramenti prepositi Brünonis eiusdem principibus in fide promittentes super sacras reliquias iuraverunt, quod nobiles, beneficiati, ministeriales et burgenses nostri cum nobilibus et beneficiatis ac ministerialibus et civibus Magde-

burgensibus concordent consilio et auxilio in omni necessitate et in terra, que est inter principes et ducem de Brünswich, fideli auxilio Magdeburgensi archiepiscopo et ceteris principibus, qui eis confederati sunt, quanto melius possint, contra ducem subveniant et, quocumque eos auxilii prestandi gratia invitaverint, strenue veniant. Preterea a familia

5 utriusque ecclesie et a principibus sub stabili fide promissum est et iuratum, quod nullam compositionem nisi deliberato communi consilio faciant cum duce, et si pax vel plena compositio manum consensus facta fuerit et, si dux memor pressure preterite, postea ad

10 viudicandum se in alteram partem vehemens animi sui inclinet, manifeste sub fideli potissimum consilio et iuramento est constitutum, ut manifeste et communiter se ei opponant et resistent. Facta autem hec plena et firma certitudine in eundem tenorem et eisdem

15 verbis, sicut a nostris Magdeburgensi ecclesie fedus amicie, et promptissimum et indubitatum auxilium in omnibus promissum et iuratum est. Magdeburgensis archiepiscopus in fide promisit et prenominati principes in fide promiserant et in reliquis iuraverunt, ut Coloniensi ecclesie semper assistant. Similiter omnes priores et clerus Magde-

20 burgensis ecclesie huius promissi perhehem observantiam sub stola super sancta ewangelia iuraverunt. Ad ultimum vero ministeriales eiusdem ecclesie et cives tactis sacris reliquiis omnium eorum, que supra comprehensa sunt, stabilitatem iuraverunt. Felix igitur et stabilis permaneat ista confederacio et inter utranque ecclesiam familiaris amicie connexio, que in urbe Magdeburgh consumata et confirmata est. Anno incarnationis domini MCLXVII,

25 indictione XIII, concurrente VI, epacta XXVII hec III. idus iulii apud Magdeburgh facta sunt. Sed pridie idus iulii Sautersleue, ubi maior multitudo nobilium et ministerialium convenerat, dominus Albertus palatinus comes de Sommersenburch^{a)}, Hermannus de Orlagemunde et duo fratres sui comes Albertus et comes Bernhardus, nec non filius laut-

30 gravii Ludewicus cum aliis multis nobilibus et ministerialibus Magdeburgensis ecclesie certitudinem sancte Coloniensi ecclesie fide data et prestito iuramento secundum formam, que supra dicta est, fecerunt. Testes huius rei annotamus. Hermannum maioris ecclesie prepositum. Gerardum Binnensem prepositum. Syfridum Xanteisem prepositum. Symonem sancti Gereonis prepositum. Conradum sancti Senerini prepositum. Rudolphum sancti Kuniberti prepositum. Arnoldum sancti Andree prepositum. Hngonem sancte

35 Marie ad gradus prepositum. Nicolaum Sybergensem abbatem. Nobiles vero Heynricum de Lyaburch. Heinricum comitem Galarie. Wilhelnum comitem Iuliacensem. Euerhardum comitem de Seyna. Engelbertum comitem de Monte. Thidericum comitem de Ara. Gerardum de Blauenheym. Gerhardum Coloniensem buregravium. Ministeriales. Gerardum Coloniensem advocatum. Heynricum de Alpheym^{b)}. Bernardum Tniciensem.

40 Goswynum de Alphatra ac preter hos omnis condicinis hominum multitudini infinite res hec notissima est.

344. a) de sancti Morssenburch Kop. b) alpheyer Kop.

345.

Kaiser Friedrich I. schenkt dem Erzbischof Rainald von Köln zum Lohn für den durch seine Tapferkeit und jene des kölnischen Heeres erfochtenen Sieg über die Römer den Reichshof Andernach mit Münze, Zoll und Gerichtsbarkeit und den Reichshof Eckenhagen. — Zeuge: Markgraf Dietrich.

Rom, 1167 Aug. 1. 5

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Düsseldorf. S. = Heffner V. 33.

Gedr.: Lacombet, Niederhein. Urkundenb. 1, 296. Stumpf 4086 (mit Juli 30).

— — Testes huius rei sunt. Cristianus Moguntinē sedis archiepiscopus. Herbertus archiepiscopus Bismuntius. Alexander episcopus Leodiensis. Daniel episcopus Pragensis. Rodulfus episcopus Argentinensis. Gero episcopus Halberstadensis. Tracius episcopus Pistaciensis. Guido electus Massensis. Hermannus abbas Fuldensis. Adolfus abbas Werthinensis. Godefridus abbas Farsensis. Dux Fredericus filius regis Conradi. Dux Bertoldus de Zarengen. Dux Welfo. Marchio Teodericus de Witine. Burkardus burcgravius Magdaburgensis. Iohannes prefectus urbis. Guido Werra Tuscie com[es](*). Willelmus marchio Montis Ferrati. Marchio Maenfredus. Comes Reino de Anguillari. 15 Arnoldus filius comitis Euerardi de Altina. Reino Tusculanensis. Godefridus de Monte Celio. Oddo de C[alimna](*). Constantinus de Monte. Otto de Uesperthe. Otto de Oi. Gerardus advocatus Coloniensis. Hermannus frater eius. Richwinus de Zudenthorp et alii quam plures viri honorati. Utque omni tempore rata hec et certiora perseverent, presentem paginam manu propria roborantes maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri. 20

‡ Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. ‡

‡ Ego Philippus imperialis aule cancellarius vice domni Rainaldi Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii recognovi et subscripsi. ‡

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^oCLXVII, indictione xv, (S.J.) imperante domno Frederico Romanorum imperatore invictissimo, 25

anno regni eius xv, imperii xlii; data Rome apud sanctum Petrum in kalendis augusti; in dei nomine feliciter amen.

346.

Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Kloster S. Maria de Sereno seine Besitzungen und erklärt dasselbe frei von jeder anderen Herrschaft als der des Reichs. — Zeuge: Markgraf Dietrich. 30

Pisa, 1167[7 August].

Hdschr.: Transumpt Perg. von 1306 Staatsarchiv Florenz.

Gedr.: Böhmcr, Acta imperii 1, 119. Stumpf 4090.

Anm.: Die Urkunde gehört dem Bincgar zufolge ins Jahr 1167.

— — Huius rei testes sunt. Cristianus Maguntinus archiepiscopus. Rodolfus 35 Argentinensis episcopus. Ludemicus Basiliensis episcopus. Hermannus Fuldensis abbas. Philippus cancellarius. Henricus prothonotarius. Bertoldus d[ux] de Zeringen. Marchio

Theodoricus de Saxonia. Vdalricus dux de Boemia. Comes Robertus de Bassavilla. Burkardus castellanus de Magdeburg. Conradus castellanus de Norenberg.

Signum domini Friderici (M.) Romanorum imperatoris semper augusti.

Ego Philippus*) cancellarius recognovi.

5 Datum Pisis per manum Henrici protonotarii anno dominice incarnationis MCLXVIII, indictione xv, feliciter imperante domino Frederico Romano[rum imperatore, anno inperii eius xiv, regni vero eius xvi; feliciter^b).

347.

Kaiser Friedrich I. bekennt, daß der Bischof Johann von Merseburg und dessen Bruder Amelung
 10 *genannte Güter auf dem Hofzuge zu Würzburg in seine Hand gegeben haben, zum Zwecke der Über-*
gabe an die Kirche zu Merseburg und daß der Vollzug dieser Übertragung von ihm den Mark-
grafen Adalbert und Dietrich, je nachdem einer derselben früher oder später nach Merseburg kommt,
aufgegeben, aber vom Markgrafen Albrecht vollzogen sei. — Zeugen: Markgraf Otto und sein Bruder
Graf Friedrich, sowie Landgraf Ludwig. 1167.

15 *Blüch.: Or. Verg. Stifterische Merseburg. Die Lücken sind ausgefüllt nach einer derselben befindlichen Abschrift von*
Berthold. S. = Heffner V. 33.

Geogr.: Böhm., Acta imperii I, 120. Stumpf 4082.

Ann.: Das 15. Regierungsjahr Friedrichs I. lief am 9. März 1167 zu Erle, während das 14. Kaiserjahr erst am
 18. Juni 1168 begann. Indiktion und Rekognition passen zu 1167. Der Kaiser reiste aber während dieses ganzen

20 *Jahres in Italien, doch weist der Text ausdrücklich darauf hin, daß die Handlung auf einem Tage zu Würzburg,*
also wohl 1165 (Vergl. No. 327—329), vorgenommen wurde. Auch von den aufgeführten Zeugen war keiner
mit dem Kaiser in Italien. Das alles läßt auf Handlungszweigen und eine feierliche Beziehung des Artus auf die
Bewerkstelligung schließen. Vergl. Ecker, Beiträge I, 56, 256, 255, 390.

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia
 25 Romanorum imperator augustus: | Inter cetera preclara virtutum exercicia, propter que
 eterna dei providentia imperatoris maiestatis apicem ceteris potestatibus in terris | pre-
 eminere voluit, hoc saluti nostre potissimum expedire et imperiali celsitudini perpetuum
 vigorem conferre credimus, si honor et | status ecclesiarum dei nostri studii beneficio in-
 30 colomis conservetur, ampli[ce]tur et^a) crescat, et non tam in his, que augustali donatione,
 sed et que principum largitione et fidelium oblatione collata sunt [et conferuntur]^a), per-
 petua a nobis defensionis robur accipiant. Quo circa universis imperii nostri fidelibus
 tam presentibus quam futuris innotescere vol[un]tus^a), quod dilectus princeps noster
 Johannes venerabilis Merseburgensis episcopus iuxta beneplacitum et consensum fratris
 sui Amelungi predia [et mancipia]^a) et fratris sui in curia Wirzeburg nobis in proprie-
 35 tatem tradidit et postea, ut eadem deo et beato Iohanni baptiste et sancto Laurentio
 martyri patronis suis in Merseburgensi ecclesia, eo tenore et iure, quo et ipse nobis tra-
 didit, integraliter tradere vellemus, precibus suis apud nos obtinuit et, quia tunc prefatam
 ecclesiam personaliter adire et propria manu offerre non potuimus, dilectis principibus
 nostris Adelberto et Theodorico marchionibus vicem nostram commisimus ita, ut, si quis

40 346. a) Philippus. b) feliciter.

347. a) Mosteloch.

eorum prior Merseburg veniret, predicta predia et mancipia super altare beati Iohannis et sancti Laurentii offerret, ita tamen, si episcopum et fratrem eius presentes haberet, et utrique traditionem factam et oblationem faciendam placere intelligeret, quod [totum id factum*) est. — Huius rei testes sunt. Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Marchio Otto et frater suus comes Fridericus. Marchio Albertus et filius suus. Albertus 5 comes. Ludewicus provincialis comes et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Heinricus prothonotarius vice Philippi cancellarii recognovi. (S.J.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXVII, indictione XV,

regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, 10
anno regni eius XV, imperii vero XII; feliciter amen.

348.

Abt Burchard von Hersfeld überläßt dem Kloster Breitungon das ihm durch seinen ohne Erben verstorbenen Ministerialen Ortwin von Gebese hinwegfallende Lehngut daselbst, drüßhalb Hufen, 6 Aecker wüestes Feld und ein Stück des Berges (Gebese). Außerdem weist er die eine Hälfte des Ertrags an das Kloster und behält sich die andere für sein Stift vor. — Landgraf Ludwig, Vogt von Hersfeld. 1187.

*Hbschr.: Or. Perg. Gem. Herb. Archie Meiningen.
Gedr.: Heuneberg, Urkundenb. I, 11.*

— — Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXVII, indictione XV, Friderico 20
imperatore monarchiam Romani imperii gubernante, Ludewico langravio, advocato
nostrę Herueldensis eccliesię, Ditmaro decano, Adelmanno maiore preposito, Diderico
camerario, Heinrico preposito in Breitinge eiusdem novellę plantationis. Testes huius
traditionis sunt homines eccliesię nostrę. Hertwig de Geisaha. Henricus de Scarfenberg.
Heinricus de Wilere. Heinricus de Heringe. Ministeriales eccliesię nostrę. Heinricus et 25
Folpraht de Leingesfelt. Luteger et Gernot de Dorndorf. Diderich, Eggebert, Ebo de
Creienberg et alii multi.

Hęc qui irrita fecerit, de libro viventium deleatur et cum iustis non scribatur.

(S.J.F.)

349.

Aus einem Lehnverzeichnis der Abtei Fulda, mit Erwähnung der Lehen des Markgrafen Otto und des Landgrafen Ludwig. [1157—1167.] 30

*Hbschr.: Cod. Eberhardi Perg. (scr. XII.) fol. 157. Staatsarchie Marburg.
Gedr.: Schöttgen und Kreyzig SS. I, 49. Dronke, Truhlt. et antiq. Fuld. 141.*

*Ann.: Da Markgraf Konrad, der Vater des Markgrafen Otto, Anfang 1157, der ebenfalls erwähnte Sohn des Königs 35
Konrad III., Friedrich von Rothenburg, 1167 starb, so fällt die Abfassung des Lehnverzeichnisses in die dazwischen
liegende Zeit, womit auch die übrigen in demselben erwähnten Personen stimmen.*

Isti sunt principes, qui nostris temporibus beneficia videntur habere de hoc
monasterio Fuldensi. Ipse imperator Fridericus, qui quondam dux, nobilissimi ducis

Friderici filius, qui non solum patris beneficium in Alsatia habuit, sed et Depoldi marchionis beneficium tenuit. Dux etiam Fridericus filius Chunradi regis septem principum beneficia de hoc Fuldensi obtinuit monasterio. Marchio Adelbertus non solum suum, sed et aliorum principum obtinuit beneficia. Otto marchio in Orientali Saxonia. Ludewigus landegravius plus omnibus habet in beneficiis. Palatini duo, unus de Reno, alter de Danubio. Rapoto comes. Perhtolfi comitis filius de Hennenbere. Ludewicus comes de Rieggre. Ludewicus comes de Lara. Gerhardus comes de Nuringes. Gerhardus comes de Wertheim. Gotefridus comes et advocatus ecclesie et filii eius et filius fratris eius Rufus comes. Perhtoldus comes de Nitehe et alii liberi. Herimannus comes de Bramberch. Willihelmus comes. Einicho comes de Liuingen. Erwin comes de Turingia. Syzo comes. Gotefridus comes nrbis de Nurenbere. Giso comes. Marquardus de Grumbach. Henricus de Stechelenbere. Giso de Iazzaha. Wernherus, Boppo et Goteboldus de Irmenoltshusen. Wieger de Warperch. Ludewigus de Frankenstein. Adelbertus et Fridericus de Truhentingen. Wieger de Rodehusen et frater eius Burchardus de Leinbach.

15

350.

Bischof Udo von Naumburg verleiht das beinahe gänzlich verödete Kloster Bietu, mit Kirche in Gröba und Zubehör, an das Kloster Bosa. — Zeugen: Graf Dedo und Markgraf Otto.

Naumburg, 1168 März 19.

Habskr.: Chart. Bosa. (Sæc. XIV.) S. 13. Kgl. Bibliothek Dresden.

20

Gebr.: Schätzen und Kriegsg. SS. 2428.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Vto divina favente clemencia sancte Nuenburgensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. Quoniam in ecclesia dei boni pastoris vicem agimus, officii nostri debitum expostulat, ut, dum super custodiam dominici ovilis die ac nocte stamus, que utilia et rationabili in domo domini consideramus, ea paterna karitate et pietate diligamus, tueamur et promoveamus, si qua vero iutilia et racione carentia animadverterimus, sapienti et discreta provisione corrigamus vel certe removeamus. Eapropter presentis pagine memoria innotescat omnium Christi fidelium tam presentium universitati quam futurorum posteritati, qualiter ego intuitu divine remuneracionis pro eterna mei meorumque memoria locum queundam Riezowe dictum, in pago Dalaminza et Misnensi episcopio, in fundo autem ecclesie Nuenburgensis situm, divinis officiis a venerabili Tiderico iam dicte Nuenburgensis ecclesie episcopo mancipatum, sed quorundam negligencia pene desolatam beate Marie perpetue virginis et beato Iohanni baptiste sanctoque Iohanni evangeliste in Buzowe perpetua tradicione delegavimus, et ecclesiam in Groben cum reliquis villis et omnibus terminis earunque attuentis cellule in Riezowe pertinentibus Buzaugensi cenobio, venerabili et dilecto fratri nostro Azzoni abbati et fratrum ipsius provisioni et tucioni contulerim, ea videlicet racione, ut inibi omnipotenti deo secundum regulam beati Benedicti a Buzauiensis cenobii fratribus perhemitur serviat, et iugis et sollempnis nostri memoria

post vite presentis curricula, in utroque loco, Buzove scilicet et Riezowe, a fratribus annuatim agatur, memoratum siquidem locum beate memorie Theoderici Nuenburgensis episcopus ob eternam sui memoriam fundavit, dotavit, monachice professioni assignavit, pie etiam recordacionis dominus meus. Vto episcopus pium predecessoris sui inceptum approbavit et banno et privilegio suo confirmavit et consummavit. Nos quoque tantorum virorum vestigiis inherere cupientes factis ipsorum pii favoris manum accomodamus, et que ab ipsis cellule in Rizowe collata sunt tam in villis, quam in agris, in campis et silvis, in terris cultis et incultis, in edificiis et in areis, in pratis et pascuis, in aquis et in aquarum decursibus, in stagnis et paludibus, in molis et molendinis, in piscacionibus et venacionibus, in vineis et vinetis, in fructetis et forestis, in ortis et pomeriis, in exitibus et reditibus, in acquisitis et acquirendis, et in omni prorsus, que dici vel esse nunc vel in futurum poterit utilitate, cenobio Buzauicensi conferimus eorum, pro quorum sustentacione collata sunt, usibus omnimodis profutura. In nomine itaque patris et filii et spiritus sancti auctoritate apostolorum Petri et Pauli, potestate nobis a Deo collata, donacionem hanc banno nostro cenobio Buzauicensi delegamus et confirmamus, et ne in posterum aliquo temeritatis ausu debeat infirmari, presenti pagina et sigilli nostri recognicione interdicens et prohibemus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hoc nostre tradicionis factum sciens temerare presumpserit, non sit ei hereditas in regno Christi et dei, sed divisus ab unitate corporis Christi non resurgat in consilio iustorum, nisi forte agnosceus reatum suum resipuerit et pro iniquitatis ausu abbati et fratribus satisfecerit. Omnibus autem, que prescripta sunt, amplectentibus et timentibus sit in presenti salus a domino et protectio et in futuro eterne vite remuneracio. Huius nostre donacionis testes sunt hii. Rapoto maioris domus prepositus. Fridericus Cicensis prepositus. Gerhoto decanus. Trutwinus. Adelbero. Manegoldus. Conradus. Henricus. Canonici Cycenses. Gozpertus. Martinus. Sigefridus. Thepaldus. Gerhardus. Lutolfus. Billangus. Cunradus. Nobiles. Dedit comes Nuenburgensis ecclesie et Cycensis et Buzaugensis cenobii et ipsius Rizowensis loci advocatus. Hartmannus et Otto fratres de Londeburc. Reinhardus de Bobluz. Reinhardus burgravius in Cyce. Erkenbertus de Teuchuwiz. Huch de Warta. Thimo de Coldiz. Sigefridus de Aldenburg. Ministeriales. Gerhardus et Gumpertus fratres. Ludewicus. Volradus. Turingus et Ernestus. Acta autem sunt hec volente et assensum prebente domino Gerungo Misnensi episcopo et ipsius ecclesia. Nomina testium sunt hec. Otto Misnensis marchio. Thitericus prepositus in Misna. Hermannus decanus. Herboto prepositus Wreiuensis. Hilsungus. Anshelmus. Iohannes. Waltherus. Hermannus burclgravius. Henricus de Rottowe et Otto frater eius. Henriens Kitzelz. Pribizlaus. Rndiger Borch. Ministeriales. Volmarus, Aliericus et Heuricus fratres. Rudolfus et Burcmanus fratres. Actum in Nuenburg anno ab incarnatione domini M C LXXVIII, iudicione prima, anno domini Vtonis episcopi VII, XIIII. kal. aprilis: in Christi nomine feliciter amen.

Landgraf Ludwig III. bekundet die zwischen den Klöstern Reinhardsbrunn und Georgenthal zu Stande gekommenen Tauschgeschäfte. Gotha, 1188 Juni 14.

Höcker: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 28. Die obere Platte des S. in verloren. Phot. H. St. A. Gebr.: Thür. sacra 94.

C. In nomine sanctę et individę trinitatis: Lřdewicus tercius divina favente gratia lantgravius in Thuringia. Quoniam quidem manifestum est, quod obliuione cuncta delentur et novarum lites contentionum facillime oriuntur ex obliuione gestorum preteritorum, quas tamen contentiones dirimit et in concordiam revocat sigillatorum privilegiorum auctoritas. Inde est quod, que in diebus nostris inter ecclesiam Reinhardsbrunnensem et ecclesiam de sancto Georgio pro utriusque partis commodo et pacis custodia legitime acta sunt, nobis presentibus et cooperantibus, ut inconuulsa permaneant, necessarium duximus scripto presentium et futurorum memorię commendare et sigilli nostri inpressione confirmare. Innotescat igitur universitati fidelium, quibus continentia presentis pagine innotuerit conincio et concambium, quod inter prefatas ecclesias nobis mediantibus definitum esse dinoscitur. Ecclesia siquidem nostra in Reinhardsbrunn habebat villam nomine Herrenhof, quam in concambio fratribus de sancto Georgio cum omnibus pertinentiis suis legitima possessione contradidit his designatis terminis: ipsam villam cum ecclesia, molendino, prato, quod dicitur Langewisen, et mansiones in Hohenkirchen, Cranechmor, Sunderen, Roteubuhil, Gozberc dimidium cum subiacente planitie versus orientem usque in Uirnebach, versus septentrionem usque ad stratam, que ducit Ordorf ab eadem via secus pratam, quod dicitur Vngchurenwisen, usque Santwerf, versus meridiem usque ad Ordorfsteiger, Sachsenfelt dimidium cum pertinentiis suis, Vizenroth dimidium a Rodenbach usque Meinoldestrazen, ab ea usque Smalewazzer. Abhinc usque ad stratam Steiger, que transit per Heselenvelt. Item terciam partem nemoris inter Frankenstie et Loibam et amnem Apphelste. Item terciam partem nemoris inter Rodenbach et Hainbach versus Loibam. Pro quorum omnium commutatione ecclesia sancti Georgii contulit ecclesię Reinhardsbrunnensi in Stronwe viii libras reddituum, in Bodelstete iii libras, in Bossenbrunnen vi solidos, in Ũneleiben iii solidos et dimidium, in Notteleiben xxx solidos insuper viii libras argenti ponderati. Conventionem huius concambii composuit Lřdewicus lantgravius pater noster una cum matre nostra et fratribus nostris ordinante et annuente Hermanno abbate prefate ecclesię cum universo fratrum suorum collegio, qui eadem bona pari consilio prefate ecclesię in manus comitis Guntheri advocati recepto mutuo concambio confradiderunt et delegaverunt presente Gundoldo abbate prefati cenobii. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo c lx viii, indictione i,

(SJD.)

40 regnante glorioso Romanorum imperatore Friderico; feliciter amen.

Datum in Gotha xviii. kal. iulii per manum magistri Gumberti notarii presente Lédewico patris lantgravii Gunthero comite et duobus filiis eius Heinrico et Gunthero, Herwino comite, Meinhardo comite et aliis quam pluribus*).

352.

Kaiser Friedrich I. befehlt dem Grafen Engelbert von Neuenburg mit dem von der Kirche zu Goslar 5 eingetauschten Hofe Thiedern. — Zeugen: Landgraf Ludwig, Markgraf Otto und seine Brüder die Grafen Dedo und Heinrich.

Würzburg, 1168 Juni 28.

*Hlschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Düsseldorf. S. = Heffner V. 33.
Gedr.: Lacombet, Niederhein. Urkundenb. 1, 297. Stumpf 4094.*

— — Huius autem rei testes sunt. Cristianus Maguntinē sedis archiepiscopus. 10
Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Hartwikus Bremensis archiepiscopus.
Hermannus Hildeneshemensis episcopus. Gero Halberstadensis episcopus. Vdo Cicensis
episcopus. Heroldus Misnerensis episcopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus.
Wernherus Mindensis episcopus. Adelohe Goslariensis prepositus. Otto Magdeburgensis
prepositus. Richolfus Wirzeburgensis prepositus. Theodericus Misnensis prepositus. 15
Heinricus dux Saxonie. Albertus marchio advocatus Goslariensis ecclesie. Lōthwicus
lantgravius. Otto Misnerensis marchio et fratres sui Theodericus marchio, Dedo et Hein-
ricus comites. Albertus et Theodericus comites filii marchionis Alberti. Poppo Wirze-
burgensis burkgravius. Otto palatinus comes de Witelinesbach et fratres eius Fridericus
et Otto. Gebelardus comes de Snilzbach. Gebelardus comes de Liukenberg. Heinricus 20
comes de Thiedes. Marquardus de Grömbach. Burkhardus burkgravius Magdebur-
gensis. Bertholdus comes de Schowenburg. Hartmannus camerarius. Bertholdus mar-
schalcus. Waltherus dapifer. Conradus pincerna.

Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi: (M.) (S.J.)

Ego Heinricus sacri palatii cancellarius vice Christiani archicancellarii et Magun- 25
tinē sedis archiepiscopi recognovi.

Data Wirzeburg mii. kal. iulii; acta sunt hec anno dominicē incarnationis MCLXviii,
indictione i; feliciter amen.

353.

*Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Bischof Herold von Würzburg insbesondere die Jurisdiktion im 30
ganzen Bisthum und Herzogthum Würzburg und verbietet zugleich den Wiederaufbau der auf seinen
Befehl zerstörten Burgen Bramberg und Frankenberg. — Zeugen: Markgraf Otto und dessen Brüder
Markgraf Dietrich und Graf Heinrich.*

Würzburg, 1168 Juli 10.

*Hlschr.: Or. Perg. (2 Exemplare A. B.) Reichsarchiv München. Das gut erhaltene Purpurniegel an A = Heffner V. 33.
An B Goldbulle an rotbaueilenen Fäden = Heffner V. 34, 35.
Gedr.: Mon. boica 29*, 385 und 390, auch Breßlau, Diplomata C. 104. Stumpf 4095.*

— — presentem inde paginam conscribi et signi nostri karactere firmari et sigilli
nostri impressione*) insigniri precepimus adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec*) sunt.

351. a) Datum — pluribus auf der Rückseite von derselben Hand, welche die Urkunde geschrieben hat.

353. a) aurea bulla nostra B. b) hec B.

Cristianus Magōntinē sedis archiepiscopus¹⁾. Vdo Cicensis episcopus. (Gerungus²⁾ Mis-
 sennensis episcopus³⁾. Hugo Fardensis episcopus. Rōdulfus⁴⁾ Leodiensis episcopus⁵⁾.
 Albericus Laudensis episcopus⁶⁾. Tercius Placentinus episcopus. Ragimvndvs⁷⁾ Ypo-
 riensis⁸⁾ episcopus. Burkardvs⁹⁾ Fuldensis abbas. Cono¹⁰⁾ Ratisbonensis episcopus.
 5 Hildeboldus Herisfeldensis¹¹⁾ abbas. Nicholaus Sigeburgensis abbas. Engelhardvs abbas
 sancti Bvrchardi¹²⁾. Heinricus abbas sancti Stephani. Richolfus maioris ecclēsię prepo-
 situs. Persevs dekanus¹³⁾. Reinhardvs prepositus Novi Monasterii. Wernhervs¹⁴⁾ prepositus
 sancti Iohannis. Godefridus¹⁵⁾ cantor. Iohannes scolasticus. Albertus custos. Weszelo¹⁶⁾
 10 portenarius. Heinricus¹⁷⁾ prepositus de Onoldesbach. Bertolfus¹⁸⁾ prepositus et archi-
 diaconus¹⁹⁾. Cōnradus cellerarius. Heinricus²⁰⁾ de Hesseburg. Heinricus²¹⁾ de Beierbach²²⁾.
 Heinricus²³⁾ curię²⁴⁾ prothonotarius. Adeloivs²⁵⁾ prepositus Goslariensis²⁶⁾. Theodericus
 prepositus de Werda sancti Swiberti. Arnoldus prepositus sancti Andreę²⁷⁾ in Colonia.
 Burkardus²⁸⁾ prepositus sancti Petri in Magontia. Conradus²⁹⁾ palatinus comes Rheni.
 Otto marchio Misennensis³⁰⁾. Theodericus marchio frater eius. Heinricus³¹⁾ comes de
 15 Witin frater eorum. Otto et Fridericus³²⁾ palatini comites de Witlenesbach³³⁾. Bertolfus³⁴⁾
 marchio de Voheburg. Comes Bertolfus³⁵⁾ de Andhesse³⁶⁾. Comes Rōdulfus³⁷⁾ de Fullen-
 dorph³⁸⁾. Comes Lodowicus³⁹⁾ de Lon. Comes Rapodo⁴⁰⁾ de Abenberg⁴¹⁾ et filius eius
 comes Fridericus⁴²⁾. Boppo Wirzburgensis burgravius. Marqwardus⁴³⁾ de Grombach⁴⁴⁾
 et fili eius Albertus et Otto. Burkardus⁴⁵⁾ Magdeburgensis burgravius⁴⁶⁾. Ōdalricus⁴⁷⁾
 20 filius ducis Boemię⁴⁸⁾. Albertus filius ducis Polonię. Albertus comes de Dilingen. Comes
 Otto de Kirkberg⁴⁹⁾. Comes Manegoldus de Veringen. Comes Bertolfus⁵⁰⁾ de Berga.
 Comes Gerhardus de Bertheim et frater eius Hermannus. Comes Boppo de Wertheim.
 Cōnradus burkgravius⁵¹⁾ de Nōrenberg⁵²⁾. Rōbertus⁵³⁾ de Kassela⁵⁴⁾. Cōnradus de
 Būkkesberg⁵⁵⁾. Fredericus⁵⁶⁾ de Bilred⁵⁷⁾. Boppo et Godeboldus de Liethenberg⁵⁸⁾.
 25 Heinricus⁵⁹⁾ et Boppo de Trimperg. Comes Hermannus de Wlueswach⁶⁰⁾. Waltherus⁶¹⁾
 et Crafo⁶²⁾ de Lobenhusen⁶³⁾. Manegoldus de Tunkdorph⁶⁴⁾. Albertus de Hilthen-
 berg⁶⁵⁾. Conradus de Scheideveld⁶⁶⁾. Conradus de Niuenburg⁶⁷⁾. Conradus⁶⁸⁾
 de Phuzecha⁶⁹⁾. Heinricus⁷⁰⁾ marischalcus⁷¹⁾. Bertolfus⁷²⁾ triscamerarius. Cono⁷³⁾
 camerarius de Minzenberg⁷⁴⁾. Waltherus⁷⁵⁾ dapifer. Conradus⁷⁶⁾ Colbo pincerna et

- 30 353. c) Magontinē — archiepiscopus B. d) Gerōngus B. e) misinnensis episcopus B. f) Rōdulfus B. g) episcopus B.
 A) Reimundus B. i) hyporiensis B. l) Bārkdardus B. j) Cūno B. m) herisfeldensis B. n) Būrchardi B.
 o) Persius decanus B. p) Wernerus B. q) Godefridus B. r) Weszelo B. s) henricus B. t) Bertolfus B.
 u) archidiaconus B. v) henricus. w) Beirbach. z) curie B. y) adelohus B. z) Goslariensis prepositus B.
 aa) Andreo B. bb) Burchardus B. cc) Cōnradus B. dd) misinnensis B. ee) fridericus B. ff) Wlue-
 linesbach B. gg) Bertolfus B. hh) andesso B. ii) Rōdulfus B. kk) Phullendorf B. ll) Lodowicus B.
 35 mm) Raboto B. nn) Avenberg B. oo) fridericus filius eius B. pp) Marquardus B. qq) Grumbach B.
 rr) Burchardus B. ss) burgravius B. tt) Ūdalricus B. uu) Boemie B. vv) Kyrbere B. ww) Berthol-
 fus B. xx) burgravius B. yy) Nūrberg B. zz) Robertus B. aaa) Castele. bbb) Bocksberg.
 ccc) fridericus B. ddd) Bilricth B. eee) Boppo de liltenberg et frater eius Goteboldus B. fff) Wol-
 veswac B. ggg) Walterus. hhh) Craftbo. iii) Lobenhuse B. lkk) Tungtorf B. llj) hiltenberg B.
 40 mmm) Cōnradus de Scheivelt. nnn) Cōnradus de Nivenburg B. ooo) Cōnradus. ppp) phuceken B.
 qqq) marischalcus B. rrr) Bert[ol]fus B. sss) Cuno B. tt) Minzeberg B. uuu) Walterus B.
 vvv) Cōnradus B.

fratres eius Lōdowicus^{***}) et Berengerus. Hugo de Warda. Thiemo de Koldiz. Bodo^{****}) de Wirzeburg. Iringus pincerna. Engelhardus^{***}) dapifer. Billungus^{***}) vicedomnus^{****}).

A.

B.

Billungus et Henricus schulteti. Richolfus de Rieth. Wilframmus et Conradus de Brozoldesheim. Godefridus et Engelbertus de Foro.

Billungus et Henricus sculteti.

5

Gotefridus et Engelbertus de Foro. Richolfus de Rieth. Heroldus camerarius Billungus vicecomes et alii quam plures.

Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

10

Ego Henricus^{*)} cancellarius vice Cristiani Magontin^{*)} sedis archiepiscopi^{bbbb}) et archicancellarii recognovi. Datum Wirzeburg v̄i. cccc) idus iulii, indictione i, (S.J.)
auno dominice^{dddd}) incarnationis m̄c̄lxxviii, regnaute domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xvi, imperii vero xiiii; actum iu Christo feliciter amen^{eeee}).

15

(BA.)

354.

Bischof Udo von Nurnburg bestätigt dem Kloster Bosau die Gerechtsame und das Eigenthum der Wasserleitung, welche durch die Grundstücke der hierfür entschädigten Besitzer von der Quelle bei Selze (bei Bosau) oder dem Dorfe seines Ministerialen Ernst zum Kloster führt, und genehmigt, um ein stärkeres Aufsteigen des Wassers zu bewirken, daß dasselbe durch die bischöflichen Grundstücke geleitet werde. Hierfür sollen der Ministeriale Ernst, über dessen Besitzungen die Wasserleitung geht, sowie die Unterthanen zu Gleina und Bürschütz eine Vergütung erhalten. — Zeugen: Markgraf Otto und dessen Bruder Graf Dedo. **1168 Oct. 2.**

*Hbchr.: Kop. Perg. Chart. Bosau. (Sae. XIV.) S. 12. Kgl. Bibliothek Dresden.
Gedr.: Schöttgen und Kreging, Diplomataria 2,429.*

25

— — Huius rei testes sunt hii. Canonici Nuenburgensis ecclesie. Rapoto prepositus maioris domus. Gerboto decanus. Trutwinus. Adelbero. Conradus. Hatto. Hartmannus. Poppo. Hermannus. Canonici Cicenses. Fridericus prepositus. Theobaldus decanus. Sifridus. Martinus. Gerhardus. Billungus. Lutolfus. Conradus. Godescalcus. Otto marchio Misnensis et frater eius Dedo comes advocatus Buzauiensis cenobii. Ekkehardus abbas de sancto Georio. Adellodus abbas Portensis. Rudolfus abbas de Burglin. Ernestus prepositus sancti Mauricii. Conradus prepositus de sancto Stephano. Hildebrandus prepositus de Luseniz. Nobiles. Reinhardus de Bobuluz et filii eius Theodericus et Fridericus. Reynhardus burgravius Cycensis. Henricus buregravinus in Groiz. Heydenricus de Weta. Erkenbertus de Tecwiz. Otto de Trachenowe. Gerbrandus et Theobaldus de Salsiz fratres. Conradus et Sifridus fratres. Ministeriales. Gerhardus et

353. www) Lodowicus B. xxx) Botho B. yyy) Ingelhardus B. zzz) Billungus B. aaaa) vicedomnus B. bbbb) Magontini archiepiscopi B. cccc) v̄i. B. dddd) dominice B. eeee) amen. omnia. amen B.

Guntherus fratres. Turingus. Sygeboto de Mincuz. Uolradus et Ludewicus de Crozne. Wienandus de Nunewiz. Hugo et Henricus de Hoikynwalde fratres. Ernestus et filii eius Ernestus et Henricus. Harwigus et Ludewicus de Predele fratres. Herbo de Cybezlaundorf et Harwigus de Muzelbuzo fratres. Lampertus et Vdalricus de Mazniz fratres. 5 Uolquinius et Henricus de Sylezen fratres. Fridericus et Sygeboto de Groiz et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis domini MCLXVIII, indictione prima, VI. nonas octobris, anno vero ordinacionis domini Vtonis VIII; feliciter amen.

355.

Bischof Gerung von Meißen bestätigt die Stiftung des Grafen Dedo von Graitzsch, nach welcher dieser im Gau Rochlitz das Augustinerkloster (Zschillen) erbaut und dotirt habe. — Zeugen: Graf Delo, die Markgrafen Otto und Dietrich, sowie die Grafen Friedrich und Heinrich. 1168 Nov. 13.

Hlschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 71. Das sehr gut erhaltene S. des Bischofs ist hinten aufgedrückt. Die Urkunde ist im Kloster Zschillen geschrieben. Von Empfängerhand. Vergl. Pisse, Lehre von den Privatrecht. S. II und 33.

15 *Gede.: Prill, Die Schloßkirche zu Wechsburg 19.*

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. Gerungus divina favente clementia Misinensis episcopus omnibus Christi fidelibus et presentibus et futuris gratia vobis et pax adimpleatur in perpetuum. | Iustum est et rationi approximatum, officii quoque nostri debitum expostulat, ut, que bono initiari principio cernimus, ad meliorem et optimum 20 finem per dei omnipotentis misericordiam consilio et auxilio, | quantum in nobis est, perducere laboremus. Congruum etenim est nobilium quorumlibet vel potentium pios conatus laude et favore prosequi et effectui maucipare et, ne dampnabili negligentia vel aliquorum | deum non timentium violentia in irritum, que canonice facta sunt, ducantur, scripti memoria posterorum etiam noticie commendare. Eapropter noverit omnium Christi fidelium tam 25 presentium universitas quam futurorum posteritas, qualiter comes Dedo dive memorie marchionis Cunradi filius, tanta nobilitate moribus non inferior, pro eterna sui suorumque memoria et pro peccatorum suorum indulgentia cenobium regularium canonicorum secundum regulam sancti Augustini, que sub sanctis apostolis est constituta, omnipotenti deo die noctuque devote servientium in episcopatu nostro in proprio suo videlicet pago 30 Rochelez in ripa Milde fluminis consilio nostro instituerit et provisioni dilecti fratris Ekkehardi venerabilis in Sereno Monte prepositi in spirituali religione viri per omnia probatissimi commisit. Nos quoque ipsius vocatione ecclesiam inibi in ipsis iniciis fabricatam omnipotenti deo in honorem sancte et victoriosissime crucis et beate dei genitricis et semper virginis Marię sanctique Iohannis apostoli et ewangeliste consecravimus et decimam omnium novalium, que in omnia retro futura tempora in pago Rochelez novari poterunt, quas nemo nunc a nobis beneficii iure possidet, nullo reclamante dotavimus. Comes etiam ipse multos mansos cultos et incultos in eodem pago et silva sitos terminis undique limitatos cum pascuis et venationibus et piscationibus et omni prorsus utilitate iam dicto cenobio ipso die consecrationis delegavit. Cuius votum institutum oblationem 40 laudantes approbamus et, ne ab aliquo successorum eius hec infringi vel temerari debeant,

Data per manum Ad[elhelmi]*) notarii v. non. martii anno dominice incarnationis MCLXXIIII, indictione III. epacta XV, concurrente I.

15 Ego Iordanis prepositus sancte Marie. (SS.) Ego Adelheidis quarta eiusdem nominis
Ego Rotmannus sacerdos sancte Marie. (SS.) abbatissa in Quidelingburgensi eccle-
(S.J.) sia. (SS.)
Ego Odalricus sacerdos sancti Iohannis in Ego Iuditha abbatissa sanctimonialium
hospitali domo. in Monte sancte Marie. (SS.)

403.

Kaiser Friedrich I. nimmt auf Bitten des Abtes Lambert das Kloster des heiligen Gualer in seinen Schutz und bestätigt alle seine Freiheiten. — Zeuge: Landgraf Ludwig und dessen Bruder Heinrich.

Aachen, 1174 März 24.

Höchr.: Or. Perg. Staatsarchiv Brüssel. S. = Heffner V. 33.

25 *Gedr.: Böhmer, Acta imperii 1, 125. Stumpf 4156.*

— — Ut autem hec ab omnibus credantur et inconvulsa serventur, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, manque propria corroborantes idoneos testes subnotari fecimus. Martinus sanctę Romanę sedis cardinalis et caucellarius. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Arnoldus Treverensis archiepiscopus. Otto Aquensis
30 prepositus. Wortwinus prothonotarius. Hugo Coloniensis dekanus. Lotharius Bonucensis prepositus. Herleboldus Stablensis abbas. Florentius Indensis abbas. Godefridus dux Lotharingię. Cünradus palatinus frater imperatoris. Lüdewicus lantgravius et frater eius Henricus. Henricus comes de Disd. Engelbertus comes de Monte. Willelmus comes Ivliacensis. Gerardus comes de Loos et frater eius Hugo. (M.)

36 402. a) ad.

: Signum domini Friderici Romanorum imperatoris augusti. (M.)

: Ego Godefridus cancellarius vice Cristiani Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. (S.J.)

Anno incarnationis dominicę M̄C̄LXXIII, indictione VII, Friderico imperante, Henrico regnante; data

Aquisgrani in pascha domini coronato imperatore ibidem, anno imperii eius vigesimo, regni vero xxiii.

404.

Graf Deilo von Groitzsch stiftet das Augustinerkloster zu Zechillen und dotirt dasselbe.

1174 (März 10 bis Sept.). 10

Hiltsch.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 75. Dazu ein Transscript (ebenfalls. No. 84) von 1279, welches

Änderungen in der Orthographie hat. S. = Taf. I. 6.

Gebr.: Prill, Die Schloßkirche zu Weichselburg 20.

Ann.: Wegen annus regni 23 nach März 9 und wegen Ind. 8 vor September gesetzt.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Dedit divina favente clementia 15
cones. Omnibus Christi fidelibus et presentibus et futuris in perpetuum. | Apostolica
doctrina informamur, ut, dum tempus habemus bonum, ad omnes maxime autem ad
domesticos fidei operemur, ut, dum anni nostri fidei herba | transeunt et dies sicut fumus
deficiunt, peccata nostra elemosinis et misericordiis pauperum redimamus et de mammona
iniquitatis amicos nobis, qui nos in eterna tabernacula recipiant, faciamus. Huius rei 20
gratia in pago nostro Rochelez, qui regali donatione et privilegii confirmatione paterna
ad nos hereditate transivit, oratorium omnipotenti deo in honore sancte dei genitricis et
semper virginis :Marie: consilio et auxilio domini Ekkehardi in Sereno Monte beati
:Petri: apostolorum principis venerabilis prepositi construximus et a reverendo sancte
Misinensis ecclesie pontifice domino :Gerungo: consecrari fecimus et procedente tempore 25
ex iam dicta ecclesia beati :Petri: virum religiosum et industrium nomine :Theodericum:
prepositum loco, qui Zsilen dicitur, institui optimimus et fratres ex eodem ordine secun-
dum regulam sancti :Augustini: die noctuque omnipotenti deo servituros congregari et
adunari desideramus liberam eis decedente vel obeunte preposito alium substituendi ex
eodem dumtaxat ordine electionem permittentes. Hec autem sunt bona, que in ecclesiis, 30
in villis, in silvis Zsileni ecclesie tradidimus et coram fratre nostro :Ottone: marchione
Misinensi in frequentia multorum nobilium et ministerialium factum nostrum confirma-
vimus presentibus filiis nostris Ydérico, Philippo, Cunrado, Henrico, Gozuino et id fieri
approbantibus: parochia in Rochelez cum dote XII mansorum quilibet eorum solvit
XXX nummos et decime XX modios siliginis et avene et decimam iumentorum, Zsilen 35
VIII mansi, Seliz IIII mansi, Drosecowe V mansi, qui solvunt talentum. Novalia cum silva,
que his limitibus clauditur. Quicquid Cluseniz rivulus a fonte suo et item Widera a suo
fonte usque in Kamenizam fluvium terre vel silve includunt et item quicquid ad dexteram
Clusenize Wrosiniza limitat itemque ad levam Widere Boemica semita claudit usque in
Kamenizam, ex altera parte Kamenize XXI beneficia, que lingua rustica Iena appellant. 40

Optamus autem et volumus et presenti scripto sigillo nostro recognito locum iam dictum et bona ei attinentia in villis in silvis in campis in agris incultis et cultis in pratis pascuis in molis et molendinis in piscationibus et venationibus in arboribus et arbustis in hortis et areis in aquis et aquarum decursibus in exitibus et reditibus in aquirendis et acquisitis et omni prorsus utilitate, que nunc inest vel in futurum inesse poterit, ab omnium hominum invasione et precaria exactione salva manere eorum, pro quorum sustentatione oblata sunt usibus omnimodis profutura, advocatiam vero loci et fratrum et bonorum ipsorum defensionem nobis et heredibus nostris post nos assignamus nullum inde temporale emolumentum sperantes vel exigentes, sed eternam in celis remunerationem expectantes, quam et in beneficium nulli concedi volumus. Hec pro peccatorum nostrorum indulgentia proque omnipotentis dei gratia pro dilecte collectalis nostre et filiorum nostrorum salute et incolumitate fecimus et posterorum noticie presentem paginam transmisimus et, ut rata semper maneat, successorum nostrorum fidei committimus. Testes huius pagine sunt hii. Radeboto abbas Bigawiensis. Otto marchio Misinensis et filii eius Dietricus marchio Lusicensis, Henricus de Witin, Fridericus de Brene comites. Nobiles. Gotescales de Seudiz. Fridericus de Lesnic. Luf de Kamburg. Hildebrandus*). Petrus de Hagen. Ministeriales. Henricus. Bero. Rothgerus et alii plures.

(S.J.)

Actum anno domini MCLXIII, indictione viii, regnante Frederico Romanorum imperatore semper augusto anno regni eius xxii, imperii vero anno xxi; feliciter amen.

405.

Landgraf Ludwig III. bestätigt den zwischen Ludiger und dem Able Hermann von Reinhardtbrunn wegen des Dorfes Teutleben abgeschlossenen Kauf. Siebleben, 1174.

Hilchr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 29. Phot. H. St. A. S. auf Taf. XI. I. Gebr.: Thür. sacra 35.

¶ In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Lvdewicus tercius patientie dei gratia et permissione dictus princeps et lautgravius Turingie. Fidelibus Christi tam presentibus quam futuris non ignotum esse cupio ad testimonium veritatis, qualiter quidam nobilis et liber genere Lvdigerus nomine hereditarium sibi predium, quod proprietatis iure possederat in villa, que vocatur Tuteleibe, cum omnibus appendiciis eius precio centum marcarum accepto a venerabili abbate Reinltersbrunnensis ecclesie Herimanno nomine eidem ecclesie et fratribus ibidem deo famulantibus ipse videlicet cum coniuge sua et liberis omnibus manu sua contradidit iure legitimo et sempiterno in posterum possidendum. Cuius rei actio et taxatio non solum coram mea ipsius presentia milique astipulantium tam liberorum quam ministerialium clarissimorum baronum, verum etiam inter scephones et scrinnas promulgata et confirmata est. Quam et nos nostre auctoritatis

404. a) Fr. de Lesnic. Petrus de Hagen. Lüs de Kahenburc. Hildebrandus Transumpt.

COD. DIPL. SAX. I. 2.

pagina^a) sigillique^b) inpressione roboramus et irrefragabiliter in perpetuo stabiliendam decernimus et precipimus. Si qua vero perverse mentis et voluntatis persona de cetero huic pretaxatę et l[egi]time^c) actioni et nostre^c) testificationi vel auctoritati contraire annis fuerit et ad infringendum vel diminuendum vel cassandum se manifestum fecerit, iusto dei omnipote[n]tis iudicio^c) corripatur et ad perficiendum, quod male adtemptavit, enerviter 5 succumbat. Quodsi, quod absit, in sua stulticia et perversitate perdurans fratres predictos inquietare vel molestare non desierit, sciat procul dubio se traditum satanę in interitum carnis, donec respiscat, quod si minime ad perdicionem sui interitum quoque spiritus et anime sine fine recipiet. Actum Sibileibin anno incarnationis dominicę 10 MCLXXIII, indictione VII, coram mea ipsius presentia et testibus subscriptis abbate videlicet Herimanno et Hartungo priore et Gumperto capellano et Hugone de Salza einsque fratribus Gunthero et Herimanno et Berclthoho de Wangenheim et Adilberto de Witirde 15 aliisque quam pluribus.

(S.J.)

406.

15

Landgraf Ludwig III. schenkt dem Stifte Jechaburg fünfthalb Hufen und drei Höfe zu Kutzleben.

Weißensee, 1174.

Hdschr.: Kop. Jechaburgense (Sæc. XV.) fol. 40. Landesarchiv Sondershausen.

Geogr.: Stumpf, Acta Magustina 85.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit Christi fidelibus tam futuris 20 quam presentibus, quod ego Lodewicus dei gratia tereins lautgravius doctus ad salutem animarum proficere ecclesias dei ditare et decorem domus ipsius diligere pro desiderio petitioni canonicorum Iechburgensis ecclesie satisfacere curavi, libera enim et perpetua donacione beate Marie et beato Petro apostolorum principi in Iechaburg ad usum confratrum inibi serviencium quatuor mansos et dimidium et tres curias in Coczeleibin cum 25 omnibus appendiciis suis pascuis agris cultis et incultis aquis et earum decursibus cum omni utilitate, que tam in futuro quam in presenti de predictis bonis provenire poterit, contradidi, quod videlicet hac paccione interposita feci, quatenus eisdem ecclesie fratres semper duobus pauperibus pro remedio anime mee et patris mei et parentum meorum inde provideant necessaria. Hec sigilli nostri inpressione confirmavimus, ut omni tempore 30 rata et inconvulsa permaneant. Que si quis infringere attemptaverit, anathematis vinculo perpetuo subiacebit. Huins rei testes fuerunt. Clerici. Hunoldus decanus de Iechburg. Hildebarnus et Fredericus et Humbertus canonici. Laici. Reinardus et Udo de Heruersleiben. Berthous de Slatthem. Arnoldus de Noiwenburg. Volbertus de Tungeßbrucken et alii quam plures. Sub anno M̄ c̄ LXXIII dominice incarnationis, indictione VII, facta 35 sunt hec regnante Frederico invictissimo imperatore; data WyBense.

406. a) Auf Ranz. b) q; mit dunklerer Tinte nachgetragen. c) Loch.

407.

Landgraf Ludwig III. bekundet die Schenkung seines Ministerialen Udo an das Kloster Reinhardbrunn. 1175.

Hdschr.: Kop. RR I. 18 fol. 316. Haus- und Staatsarchiv Gotha.

5 *Gebr.: Stumpf, Acta Magunt. 90.*

In nomine summe et individue trinitatis. Ego Ludewicus Thuringie lantgravius notum esse volo tam futuri quam presentis temporis fidelibus, quod Udo meus ministerialis pro remedio ac salute anime sue contulit ad altare sancti dei genitricis Marie in R[einers]bron ad usum confratrum et aliorum ibi deo servicium predium suum, III scilicet mansos 10 ac vineam et VII curtes in villa Topfstethe hoc pacto, quatenus, dum ipse vixerit, his libere prfruatur, sed post eius obitum ad prefatam ecclesiam sine omni contradictione conferatur. Actum anno ab incarnatione domini MCLXXV, indictione nona. Testes sunt. Ego Ludowicus lantgravius. Hermannus abbas. Hartungus prior. Burckardus comes. Gumpertus. Cristanus cappellani. Egkhardus de Guttirn. Reinhardus de Topfstet et 15 plures alii.

408.

Erzbischof Philipp von Köln giebt die von seinem Vasallen, dem Grafen von Katzenellenbogen, eingelöste Vogtei zu Weiler dem St. Cassinustifte zu Bonn. — Zeuge: Heinrich Raspe. 1175.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Düsseldorf. S. des Erzbischofs an grüner Seide.

20 *Gebr.: Günther, Cod. Rheno-Mosellan. 1,421.*

— — Acta sunt hæc anno dominicę incarnationis M̄ C̄ LXXV̄, indictione viii, regnante Friderico Romanorum imperatore, anno imperii eius XXXII, regni autem XXV, sub testimonio Brunonis maioris prepositi, Hugonis maioris decani, Theoderici prepositi sanctorum apostolorum, Heinrici Raspen, Godefridi de Heimersberg, comitis Alberti 25 de Molbag, comitis Ruberti de Nassowe, comitis Willelmi de Ivleche, Reineri de Frosbreth, Theoderici de Milendunc, Gerardi advocati, Godefridi de Wolkenburg.

(S.)

409.

Kaiser Friedrich I. erneuert der Stadt Cremona ihre sämmtlichen Rechte und Gewohnheiten. — 30 Zeuge: Landgraf Ludwig. Pavia, 1176 Juli 29.

Hdschr.: Or. Perg. Cremona.

Gebr.: Stumpf, Acta imperii 269. Prutz, K. Friedrich I. 2,375. Stumpf 4181.

— — Nomina quoque testium principum scilicet et aliorum nobilium et honestorum virorum tam de Teutonicis quam de Lombardis, qui huic nostre concessioni et 35 donationi interfuerunt, subter notari fecimus. Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus.

Philippus Coloniensis archiepiscopus et Ytalie archicancellarius. Hermannus Monasteriensis episcopus. Adilo Hildenesheimensis episcopus. Hugo Verdensis episcopus. Arnoldus Oseburgensis episcopus. Sifridus Brandenburgensis episcopus. . . *) abbas Werdensis. Cunradus abbas Mürbacensis. Luduicus Iantgravinus Thuringie. Florentius comes Hollandie et Otto frater eius. Henricus comes de Dithse. Henricus marescalcus. Cāno de Mincembere camerarius. Cūnradus pincerna. Walterus dapifer. De Lombardis. Wilhelmus marchio Montis Ferrati. Murruel filius Obizionis marchionis Malespine. Reinerius comes de Blandrato. Cavalcasella et Martinius frater eius de Castello. De Papia. Carbo et Syrus. Billonus de Curte. Burgundio. Assalitus. Businardus. Cremonense. Wizarhardus Dodonis consul. Pontius de Geroldis. Gerardus de Dovaria. Homobonus de Trezza. Ribaldus de Pescarola et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Godefridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXVI, indictione VIII,

regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo,

anno regni eius XXVI, imperii vero XXXI;

datum Papie apud sanctum Salvatorem tñi kal. augusti mensis; (SJD.)

feliciter amen.

410.

Kaiser Friedrich I. läßt durch den Markgrafen Dietrich von der Lauwitz einen Spruch verkündigen, der die Häuser, Grundstücke und Personen der Domherren und Domprobste in Minden gegen Rechteingriffe sichert.

Cremona (1176 Dez.).

Hüchr.: Or. Perg. Staatsarchiv Münster. Von der Benützung nur zwei kleine Pergamentstreifen vorhanden.

Gedr.: Wilmans-Philippi, Die Kaiserurk. der Prov. Westfalen 2, 332 (mit 1175 Dez.). Stumpf 4186.

F[ridericus] dei gratia Romanorum inperator et semper augustus. Sanctę Mindensie ecclesię honesto et venerabili clero universo et eiusdem ecclesię fidelibus tam nobilibus quam liberis et ministerialibus omnibus gratiam suam et omne bonum. Quoniam iustum et honestum est, quod omnis, qui principatum amministrat, principatus officia non negligat, ideo nos, quantum longa et gravis occupacio nostra et importuna bellorum tempestas patitur et in quantum illa benignissima auctoris omnium pietas cooperari dignabitur, paci omnium ecclesiarum providere cupimus et intendimus. Eas vero, quas nobis devociore in imperio ad serviendum promociore cognoscimus, plus ceteris honorare debemus et volumus. Inde igitur est, quod Mindensem ecclesiam, que devotum obsequium cum sincera et debita hactenus nobis fidelitate exhibuit, favorali et sereno gratię nostrę amplexamur affectu. Pro rogatu et voluntate fidelis et dilecti nostri Annonis episcopi vestri maxime cogente nos rigore iustię, que nulli neganda est, vobis et omnibus com-provincialibus vestris hanc maiestatis nostre dirigimus paginam. Inperatorię itaque*)

409. a) Lücke gelassen.

410. a) Von anderer Hand über der Zeile nachgetragen.

maiestatis nostre auctoritate districte precipimus et observari omnino volumus, ne ullus comes vel advocatus, nobilis vel ministerialis, servus aut liber canonicis in domibus et areis claustralibus et sacerdotibus in domibus et areis dotalibus aliquas omnino iniurias irrogare presumat, et ne aliquis ex his, quos pretaxavimus, in predictis domibus et areis aliquid sibi iuris addicat. Si quis autem huius tam districte quam iuste precepconis nostre violator extiterit presumptuosus, ipsum maiestatis inperatorie reum constituimus. Ne autem quis putet, quod in hac tam racionabili quam necessaria pacis clericorum roboracione steterit pro racione voluntas et magis presencia et instancia domni episcopi quam iusticia valuerit, hoc vobis contestando scribimus, quod predictam sententiam Tidericus 10 marchio de Lusiz in palacio nostro apud Cremonam approbantibus et confirmantibus inperii nostri principibus edidit.

(SD.)

(SD.)

411.

Erzbischof Wichmann zu Magdeburg schenkt dem Kloster St. Petersburg „pro remedio anime nostre et parentum nostrorum ea loci requiescentium“ zwei Salzhäuser zu Halle. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, die Grafen Dedo von Groitzsch und Friedrich von Brehna. 1178.

Händchr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 76. Das gut erhaltene S. des Erzbischofs hängt an Pergamentstreifen.

Geogr.: Köhler, Das Kloster des heiligen Petrus auf dem Lausberge bei Halle 57. v. Mulverstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1, 1554.

— Huius rei testes sunt. Otto Misnensis marchio. Tidericus Orientalis marchio. Heinricus comes de Witin. Dedo comes de Grotz. Fridericus comes de Brehen. Heinthenricus Hallensis prepositus. Albertus de Givenchenstene. Hec facta sunt anno incarnationis domini MCLXXVI.

(S.)

412.

Landgraf Ludwig III. bestätigt den zwischen dem Ritter Heinrich und dem Able Hermann von Reinhardtbrunn wegen eines Gutes zu Teutleben abgeschlossenen Kauf. Tenneberg, 1178.

Händchr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q. Q. I. g. 30. Phot. H. S. A. S. = Taf. XI. 1.

Geogr.: Thur. sacra 95.

¶ In nomine sanetę et individue trinitatis: Ego Lfdewicus tercius dei favente clementia Thuringię provincię lantgravius. Omnium tam futurorum quam presentium trado notię, | qualiter miles quidam nomine Heinricus de nobili natus prosapia predium suum cum ecclesia omnibusque ad eam pertinentibus et, quicquid in villa Tuteleiben proprię possessionis habeat, patri meo felicis memorię coram multis arbitris tradens vicissim ab eo hoc ipsum, dum adiveret, in beneficium recepit. Sed post patris mei obitum, cum

ipsam predium ad nos iure hereditario devolutum idem miles a nobis feudali iure suscepisset, conventionem factam cum venerabili abbate Reinersbrunnensis cenobii Herimanno et quinquaginta marcarum precio accepto eidem beneficio suo renunciavit et in manus nostras tam sua quam liberorum suorum manu resignavit ea videlicet pactione, ut ecclesie Reinersbrunnensi libere possessionis*) et proprietatis iure cederet. Quod nos gratanti animo consensimus et acceptis ab eodem abbate centum et decem marcis et septem mansis apud Winrichesleiben et Scinistede sitis predictam predium prememoratae ecclesie in possessionem perpetuam legitima donatione contradidi. Quam videlicet traditionem coram multis testibus factam confirmamus et in perpetuum ratam et inconvulsam habendam auctoritatis nostrae preceptione et proprii sigilli attestatione decernimus et, ne qua persona cuiuscumque conditionis fraude vel circumventionem vel illo pravæ mentis ingenio eam infringere vel cassare audeat aut prevaleat, horrendo et iusto dei omnipotentis iudicio et divinæ severitatis timore excesserit^{b)}, semper refugiat. Actum secus castrum nostrum Theneberg anno incarnationis dominicæ MCLXXVI, indictione VIII. Cuius rei hii testes affuerunt cum mea presentia Herimannus abbas. Hartungus prior. Meinardus de Mulburg. Hartungus de Erpha. Berthoh de Wangabeim. Adelbertus de Witerde alique quam plures; feliciter.

(S.J.)

413.

*Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Bisthum Viviers dessen Rechte und Freiheiten. — Zeuge: Mark-
graf Dietrich.* **Coccorano, 1177 März 16.**

Gedr.: Histoire générale de Languedoc 8, 331. Stumpf 4190.

— — Testes etiam de multis aliquos placuit annotari. Volricus patriarcha Aquileie. Vivemannus Magdeburgensis archiepiscopus. Arnoldus Treverensis archiepiscopus. Hermannus Bambirgensis episcopus. Luipoldus dux Austrie. Theodericus²⁵ marchio de Saxonia. Cunradus filius marchionis de Monte Ferrato. Henricus Uverrio marchio. Florentinus comes Hollandie. Henricus comes de Dietsa. Cunradus de Bokesber. Henricus marscalcus. Cunradus pincerna. Vualterus dapifer et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Godefridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno domini MCLXXVII, indictione X, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anni regni eius XXV et imperii XXXIII; datum in Italia apud castellum Cucurani XVII kalendas mensis aprilis; in dei nomine feliciter amen.

(B.)

35

412. a) *Lech. Ergänzt nach Kopial Gotha RR I. 18 fol. 328.* b) *Ergänzt nach Kopial.*

414.

Kaiser Friedrich I. nimmt das Kloster Biburg in seinen Schutz und bestätigt dessen namentlich aufgeführte Besitzungen und Rechte. — Zeugen: Markgraf Dietrich und dessen Bruder Delo.

Volano, 1177 Mai 31.

5 *Hlchr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. Siegelzeugen, an dem nichts mehr zu erkennen, an grünen Seidenfäden. Gebr.: Mon. boica 29*, 424. Stumpf 4195.*

— — Nomina quoque testium pauca de multis, qui in donatione huius privilegii aderaut, placuit annotari. Cristianus Maguntinus archiepiscopus. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Arnoldus Treuerensis archiepiscopus. Hartwicus Augustensis episcopus. Hermannus Babenbergensis episcopus. Eberardus Merseburgensis episcopus. Adilo Hildensheimensis episcopus. Florentius comes Hollandie. Dietricus marchio de Lusiz et frater suus comes Teto. Heinricus comes de Dietsa. Otto maior prepositus in

15 :Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.:

Ego Gotefridus cancellarius vice Philippi (M.) Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

20 Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o.CXXVII, indictione X, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXVI, imperii autem XLII; in dei nomine feliciter amen;

datum apud Cellam sancti Iacobi in Uolana in archiepiscopatu Ravennati II. kal. 25 iunii mensis.

(SFR.)

415.

Schreiben des Papstes Alexander III. in Bezug auf die Friedensverhandlungen zu Venedig.

Venedig, 1177 Juli 26.

30 *Gebr.: Baronius, Ann. eccles. 12, 862. Jaffe 8508.*

Alexander episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus Rogerio Eboracensi archiepiscopo apostolice sedis legato et Hugoni Dunelmensi salutem et apostolicam benedictionem. Exigunt gratissime devotionis obsequia, que nobis et ecclesie tam devote quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus ecclesie vobis, sicut specialibus et devotis ecclesie filiis spiritualibus describamus, cum dignum sit et conveniens et honestum, ut, quos ita habuimus in nostra devotione firmos et stabiles, de prosperitate nostra et ipsius ecclesie reddamus hilares et gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti deo, qui habitat in altissimis et humilia respicit de supernis, de cuius munere venit, ut sponsa sua sacrosancta ecclesia diu et graviter procellosis fluctibus et validissima

tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attigerit et pacatis sevientibus procellis debita et desiderata tranquillitate letetur. Sane duodecimo kalendas instantis mensis augusti de mandato clarissimi in Christo filii nostri Friderici illustris Romanorum imperatoris filius marchionis Alberti, vir nobilis, magnus et potens et camerarius ipsius imperatoris, presentibus principibus ecclesiasticis et etiam secularibus Teutonici regni, publice 5 in anima eius in presentia nostra coram innumerosa hominum multitudine presterunt tactis sacrosanctis euangelis iuramentum, quod, postquam idem imperator veniret Venetias, omni questione et contradictione sopita pacem ecclesie, sicut per fratres nostros et principes suos disposita est et tractata, et pacem clarissimi in Christo filii nostri Vuillelmi illustris Sicilie regis usque ad quindecim annos et treugam Longobardorum usque ad sex annos 10 in anima sua et etiam a principibus suis faceret, sicut in scripto pacis et tregue continetur, iuramento firmari et principes Teutonici regni scilicet venerabiles fratres nostri Magdeburgensis, Coloniensis et Christianus dictus Moguntinus archiepiscopi et quidem alii in anima sua pro se iurare fecerunt. Nono vero kalendas augusti prefatus imperator, sicut tractatum fuerat et dispositum, venit ad ecclesiam beati Nicolai, que per unum milliare 15 distat a Venetiis, et ibi tam ipse quam archiepiscopi, episcopi et alii principes Teutonici regni abrenuntiantes schismati per fratres nostros episcopos et cardinales de mandato nostro presentibus quibusdam aliis absolutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias et ibi ante ecclesiam beati Marci predictus imperator innumera multitudine viro- rum et mulierum presente, alta voce reddente gratias et laudes altissimo, nobis, sicut 20 summo pontifici obedientiam et reverentiam humiliter et reverenter exhibuit, et recepto a nobis pacis osculo nos devote dextravit et cum reverentia, qua decuit, et devotione usque ad altare in ecclesiam introduxit. Sequenti vero die in festo beati Iacobi ab eodem imperatore rogati ad predictam ecclesiam sancti Marci solemniter celebraturi missarum accessimus et nobis illic venientibus prefatus imperator extra ecclesiam obviam venit et 25 dextero latere nostro devote suscepto nos in ecclesiam introduxit et peractis missarum solemnibus nos usque ad ipsius ecclesie portam dextravit et, cum ascenderemus palefremum nostrum ibi paratum, stapham tenuit et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam predecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere. Erit itaque solli- citudinis vestre nobis et ecclesie in prosperis successibus congaudere et effectum pacis 30 aliis devotis ecclesie filiis aperire, ut hi, quos zelus domini domini tangit, de pacis munere divinitus dato in domino gaudeant et exultent. Data Venetiis in Riuo Alto septimo kalend. augusti.

416.

Graf Dedo beschwört den zwischen dem Kaiser Friedrich I., dem König von Sizilien und den 35 Lombarden zu Venedig abgeschlossenen Frieden. [1177 Juli.]

Gebr.: Mon. Germ. Leg. II. 153.

Anm.: Vergl. wegen der Datirung Prutz, K. Friedrich I. 2, 322.

Ego comes Dedo iuro, quod dominus imperator mandavit mihi, ut in anima sua iurarem iuramentum, quod nunc facturus sum et postquam mandavit, non revocavit 40

mandatum. Et ego ex eodem mandato imperatoris iuro in anima sua, quod, ex quo venerit Venetias, omni questione et contradictione semota faciet iurari in anima sua, quod pacem ecclesie, sicut disposita est per mediatores et scripta, et pacem regis Sicilie usque ad quindecim annos, sicut scripta est, et treugam Lombardorum, sicut est per mediatores utriusque partis dispositum, et in scripto, quod est apud eosdem mediatores, continetur, bona fide servabit et principes suos hoc ipsum iurare faciet.

Ego Sigilboth iuro, quod, ex quo dominus imperator venerit Venetias, predictum iuramentum pacis ecclesie et regis Sicilie et treuge Lombardorum faciet prestari in anima sua et principes suos similiter iurare faciet.

10

417.

Papst Alexander III. zeigt an, daß Kaiser Friedrich I. mit den deutschen Fürsten den Frieden beschworen habe.

[Venedig, 1177 Juli 30.]

Getr.: Mon. Germ. Leg. 2,153. Jaffe 8512.

Ann.: Wegen der Datirung vergl. Prutz, K. Friedrich I. 2,365.

15

Alexander episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ad generale capitulum Cistercii convenientibus salutem et apostolicam benedictionem. Habetis nunc per dei gratiam materiam exultationis et gaudii, de quo merito potestis immensas omnipotenti deo gratias agere, qui, cum habitat in altissimis, humilia respicit de supernis et facit in se credentes debita felicitate gaudere. Habemus quidem pre oculis illius devotionis sincerissime puritatem, quam huius turbationis tempore circa nos et Romanam ecclesiam laudabiliter exhibuisse noscimini, et recognoscimus vos pro pace ecclesie apud deum assiduis orationibus intercessisse, quorum tandem intercessionibus excitatus ad eius imperium omni tempestate pacata naviculam Petri de profundo pelagi liberavit et portum sibi salutis et quietis indulsit. Sane karissimus filius noster in Christo F. illustris Romanorum imperator inspirante domino, in cuius manu corda sunt regum et principum, per studium et laborem fratrum nostrorum et venerabilis fratris nostri P. Claromontensis episcopi et dilecti filii abbatis Bonevallis ad devotionem nostram rediit et ad catholicam unitatem et abrenuncians scismati, cum principibus Theonici regni tam ecclesiasticis quam secularibus proximo die dominico ante festum beati Iacobi apostoli presente innumera multitudine virorum et mulierum in domino altis vocibus exultante venit Venetiam ad presentiam nostram et nobis sicut summo pontifici reverentiam et subiectionem impendit et recepto pacis osculo nos in ecclesiam beati Marci usque ad altare humiliter et devote dextravit. In festo beati Iacobi ab eodem imperatore rogati ad eandem ecclesiam venimus ibi celebraturi missarum solemniam et cum audiret nos advenire, continuo nobis obviam venit et nos a dextero latere cum ea, qua decuit, reverentia et humilitate suscipiens in prescriptam ecclesiam introduxit et finita missa, quam a nobis licet indignis reverenter audivit, nos usque ad portam ecclesie dextravit et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam predecessores eius nostris

exhibuerunt antecessoribus. Monemus itaque universitatem vestram attentius et hortamur, quatenus sicut omnipotens deus magnificavit misericordiam suam nobiscum in facto ecclesie et eius negotia in manu nostra direxit per suam ineffabilem pietatem, ita ei immensas laudes et gratias exsolvatis, ipsumque assiduis orationibus pulsetis et precibus, ut ecclesiam suam protegere et conservare dignetur et pacem sibi divinitus datam augeat et perpetuam s optinere faciat firmitatem.

418.

Mehrere geistliche Fürsten und Graf Dedo beschwören den zwischen dem Kaiser Friedrich I. und dem König von Sicilien und den Lombarden zu Venedig abgeschlossenen Frieden. 1177 (Aug. 1).

Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2, 157.

10

Ann.: Wegen der Datirung vergl. Prutz, Friedrich I. 2, 327.

Ego C. Maguntinensis archiepiscopus, ego P. Coloniensis, ego W. Magdeburgensis, ego A. Treverensis archiepiscopi, ego D. Pataviensis, ego C. electus Wormatiensis, ego W. imperialis aule protonotarius, ego C. quondam Mantuanus episcopus, ego G. cancellarius, ego Dedo*) comes iuramus in animabus nostris super hec sancta dei evangelia, 15 quod pacem ecclesie et imperii et pacem regis Sicilie usque ad quindecim annos et treugam Lombardorum usque ad sex annos, sicut statutum et scriptum est per mediatores utriusque partis, bona fide servabimus et absque fraude. Sic nos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. — —

419.

20

Kaiser Friedrich I. schließt zugleich im Namen seines Sohnes, König Heinrich VI., mit dem König Wilhelm von Sicilien den Frieden auf fünfzehn Jahre ab. Unter den Beschwörern desselben: Markgraf Dietrich und Graf Dedo. 1177 August.

Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2, 158. Stumpf 4205.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Nos Fredericus dei gratia 25 Romanorum imperator et semper augustus et Heinricus rex filius noster interventu venerabilis patris nostri Alexandri dei gratia summi pontificis et fratrum suorum cardinalium pro parte nostra et heredum nostrorum paciscimur vobiscum, domine Willelme, eadem gratia illustris rex Sicilie, quod amodo usque ad quindecim annos observabimus vobis et heredibus vestris et universo regno vestro et toti terre dominationis vestre veram et 30 firmam pacem. Et quod per nos vel per quoslibet alios mari vel terra vos predictum illustrem regem et heredes vestros aut regnum vestrum et terram dominationis vestre, sicut prescriptum et determinatum est, usque ad quindecim annos non invademus nec

418. a) C. Mon. Germ.

invadere faciemus nec vobis aut regno vestro et iam diete terre dominationis vestre guerram aliquo modo faciemus. Et ut hec omnia supra scripta firmiter et illibata a nobis supra dicto Frederico dei gratia Romanorum imperatore et semper augusto et Heinrico filio nostro rege et heredibus nostris, tam vobis supra dicto illustri regi Willelmo, quam heredibus vestris et regno vestro et toti terre dominationis vestre attendantur et observentur, nos predictus imperator bona fide, sine fraude et malo ingenio in presentia beatissimi patris nostri pape Alexandri et cardinalium et legatorum vestrorum Romualdi venerabilis Salernitani archiepiscopi et Rogerii egregii comitis Andrie et principum ac fidelium nostrorum a comite Henrico de Diessa in anima nostra supra sancta dei evangelia et sanctorum reliquias iurari fecimus et Heinricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua id ipsum iurare faciemus usque ad medium futurum septembrem indictionis undecime. Et principes nostros idem iurare fecimus, videlicet Maguntinum archiepiscopum, Arnoldum Treverensem archiepiscopum, Corradum Guornaciensem electum, Godefridum imperialis aule cancellarium, Wortwinum protonotarium, markyonem Theodericum de Lusiz, Florentium comitem Holandie, comitem Dedonem de Groyx, comitem Henricum de Diessa, comitem Roupertum de Durna. Ad huius autem pacti, promissionis et iuramenti nostri et Heiarici regis filii nostri et principum nostrorum memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum per manus Wortwini protonotarii nostri scribi fecimus et imperiali sigillo nostro aureo sigillatum et predictorum principum iuramento communitum vobis supra scripto illustri regi Willelmo fecimus assignari. Anno domine incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense augusti, decima indictione.

420.

Kaiser Friedrich I. bestätigt den Venetianern die alten Verträge seiner Vorgänger. — Zeugen: Markgraf Dietrich und dessen Bruder Dedo. **Venedig, 1177 Aug. 17.**

*Hdschr.: Cod. dipl. Venetus. Trivisanus Bibliothek St. Marco Venedig.
Gedr.: Prutz, K. Friedrich I. 2, 378. Stumpf 4210.*

— — Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri sub testimonio principum, quorum nomina subscripta cernuntur et sunt autem hi videlicet.

Ulricus patriarcha Aquiliensis. Enricus patriarcha Gradensis. Christianus Maguntinus archiepiscopus. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Arnoldus Treveriensis archiepiscopus. Vuemannus Magdeburgensis archiepiscopus. Hartvicus Augustensis episcopus. Conradus Vuormacensis electus. Vuorthuinus prothonotarius. Sebastianus Zianus dux Venetie. Florentius comes Holandie. Enricus comes de Dietha. Theodericus marchio de Landesberc et frater eius Dedo comes. Conradus marchio Anconitatus. Ubertus comes de Blandato. Corradus marchio de Monte Ferrato. Petrus Traversarius de Ravenna. Taurillus Ferrariensis.

Signum domini Romanorum invictissimi (M.) Federici imperatoris.

Ego Gottifredus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italici regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M C L XXVII, indictione ̄, regnante 5 domino Federico gloriosissimo Romanorum imperatore augusto, anno regni eius XXVI, imperii vero eius XXIII; feliciter amen; data apud Venetias in palatio ducis XVI. kal. septembris.

421.

Kaiser Friedrich I. bestätigt dem St. Georgskloster in Venedig dessen im römischen Reiche gelegene Besitzungen. — Zeuge: Markgraf Dietrich. Venedig, 1177 Aug. 17.

Hdschr.: Copia dei Patti col. I. fol. 203. Bibliothek Venedig.

gedr.: Muratori, Script. rer. Ital. 12, 501. — Cornubi, eccl. Venet. ant. illust. VIII. decas unv. 11, 241. — Huillard-Brochet, Hist. dipl. Fr. II. 11, 315. (Inserirt in eine Urk. K. Friedrichs II. von 1232 März.) Stumpf 4211.*

— — testes quoque placuit annotari. Utricus Aquiliensis^{a)} patriarcha. Henricus 15 Gradensis patriarcha. Christianus Maguntinus archiepiscopus. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Arnoldus^{b)} Treverensis archiepiscopus. Conradus Salzburgensis archiepiscopus. Vitalis Castellanus episcopus. Marinus Coglensis^{c)} episcopus. Leonardus Torcellensis episcopus. Sebastianus Ziani dux Venetiarum^{d)}. Florentius comes Holandie^{e)}. Conradus marchio Montis Ferrati. Theodoricus marchio de Saxonia. Conradus marchio 20 Anconitanus. Ioannes Gicicus^{f)} predicte ecclesie advocatus. Leonardus comes Absarensis. Dominicus comes ladre et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gottifredus^{e)} cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italici 25 regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, indictione decima, regnante domino Federico Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius vigesimo sexto, imperii autem vigesimo tertio; datum Venetiis in palatio ducis sexto decimo kalendas septembris; feliciter amen.

422.

Kaiser Friedrich I. belehnt den Grafen Rainer von Blandrato mit sämmtlichen Besitzungen des verstorbenen Markgrafen Heinrich, mit einziger Ausnahme des Kastells Arto. — Zeuge: Markgraf Dietrich. Venedig, 1177 Aug. 31.

Hdschr.: Aus Benvenuti de S. Georgio et de Blandrato: De origine gentium suorum fol. 37. Cod. chart. (Sæc. XVIII.) Turin.*

gedr.: Stumpf, Acta imperii 689. Stumpf 4214 (mit Sept. 22).

Ann.: Itinerar. Indiktion und annus regni ceteris die Urkunde in's Jahr 1177.

— — Sunt autem hi [testes]. Volricus patriarcha Aquileiensis. Christianus 30 Maguntinus archiepiscopus. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Arnoldus Treverensis

421. a) Aquileiensis Huill. Br. holl. b) Arnaldus II. Br. c) Cloiensis H. Br. d) Venetic H. Br. e) Hollandie 40 H. Br. f) Entius II. Br. g) Godefridus H. Br.

archiepiscopus. Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Harvicus Augustensis episcopus. Conradus Wormacensis electus. Wortwinus protonotarius. Florentinus comes Holandie. Sebastianus Ziani dux Venetie. Marchio Theodericus de Saxonia. Marchio Conradus Montis Ferrati. Comes Ubertus de Blandrate. Conradus marchio Anconitanus. Comes Heinrichus de Dietsac. Musculo de civitate Castelli. Cavalehasella de Castello. Iacobus de Cassetto. Iacobus de Montebrandi. Ragerius de Havena. Lithardus de Fossato. Wido sancti Nazarii et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gottofridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi Italie regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis centesimo septuagesimo octavo, indictione x, regnante domino Frederico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius vigesimo sexto, imperii vero vigesimo quarto, Venetiis in palatio ducis ii. kalendas septembris; feliciter amen.

15

423.

Kaiser Friedrich I. vernichtet dem Papste Alexander III., daß er den zwischen der Kirche und dem Reiche geschlossenen Frieden halten wolle.

Venedig, 1177 Sept. 17.

Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2, 160. Stumpf 4225.

Reverendo in Christo patri domino pape Alexandro sacrosancte Romane ecclesie summo et universali pontifici Frederici dei gratia Romanorum imperator et semper augustus debitam obedientiam et filialis devotionis affectum. Cum imperatoria maiestas a rege regum ad hoc in terris ordinata sit, ut per eius operam totus orbis pacis gaudeat incremento, nos, quod deus in solio Romani imperii constituit, eam diligentius amplecti et ferventius conservare debemus et volumus. Inde est, quod pacem ecclesie et imperii, secundum quod a principibus nostris et a cardinalibus Romane ecclesie disposita est et ordinata et in scripto principum nostrorum sigillis eorum signata continetur, sicut per interpositam personam secundum formam, que in scripto continetur, iurari fecimus, sic presentis scripto nos firmiter observare pronittimus, confirmamus et ratum in posterum permanere volumus et sic deinceps firmiter observabimus et faciemus, quantum in vobis fuerit, deo propitio observari. Datum apud Venetias in palatio ducis xv. kal. octobris, indictione x.

35

424.

Verschiedene Fürsten, darunter Markgraf Dietrich und Graf Dedo, versprechen dem Papste Alexander III., den zwischen der Kirche und dem Reiche geschlossenen Frieden halten zu wollen.

[1177 Sept. 17.]

Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2, 160.

Ann.: Wegen der Datirung vergl. Prutz, Friedrich I. 2, 335.

Domino suo ac patri venerando Alexandro dei gratia sancte Romane sedis et catholice ecclesie summo pontifici et universali pape Christianus Maguntinus archiepiscopus, Philippus Coloniensis archiepiscopus, Wichmannus Magdeburgensis, Arnoldus

Treverensis archiepiscopi, Conradus Wormatiensis electus, Godefridus cancellarius, Wortwinus protonotarius, F. comes Hollandie, T. marchio de Luzis et frater eius Dedo, H. comes de Dietsa, R. comes de Durna filialis devotionis obsequium eum debita obedientia et subiectione. Commoda, que ex consummata pace ecclesie et imperii toti mundo proveniunt, ipsa innumera mala, que inde vitantur, manifeste ostendunt. Sicut enim ab utriusque concordia providentia orbis terrarum ad salutem et tranquillitatem regitur, ita sub eorum divisione a propria debiti status rectitudine distrahebatur. Gaudeat itaque tellus iam desiderabilis roris visitatione respersa tam gratiose pluvie inundatione foecundata, per quam fidelis populi arida sitis depellitur et omnium iurgiorum scandala et scandalorum incendia suffocantur. Nos ergo, pater sanctissime, de tanto concordie fructu letantes ipsam sacratissimam ecclesie et imperii pacem, sicut ab utriusque partis mediatoribus est disposita et in commune scriptum redacta, et pacem illustris regis Sicilie usque ad quindecim annos et treugam Lombardorum a proximis kalendis augusti usque ad sex annos, sicut a mediatoribus est ordinata et nostris iranientis firmata et in scriptum communiter redacta, quod scilicet scriptum propriis subscriptionibus ipsorum mediatorum 15 hinc inde confirmatum est et sigillis ipsorum corroboratum, nostri consensus studio et vigore confirmamus et ratam et inconvensam tenemus, et, ut sic observetur, operam dabimus. Et ut hec nostre confirmationis pagina subsequitis temporibus firma et illibata permaneat, eam propriis subscriptionibus communiri et nostrorum sigillorum appositione fecimus insigniri. Ego Christianus Moguntine sedis archiepiscopus subscripsi. Ego P. 20 Coloniensis archiepiscopus et Italie archicancellarius subscripsi. Ego C. Wormatiensis electus subscripsi. Ego G. imperialis aule cancellarius subscripsi. Ego W. protonotarius subscripsi.

425.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg befreit die bischöfliche Kirche zu Merseburg vom Zoll zu 25 Halle. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, sowie die Grafen Dedo und Friedrich.

Merseburg, 1177 Okt. 4.

Blach.: Or. Perg. Stiftnachric Merseburg. S. an leinener, geflochtener Schnur.

Goet.: Zeugenreihe n. Heintemann Cod. dipl. Anhalt. 1.411. v. Mühlentolt, Reg. archiep. Magleb. 1566.

Ann.: Zeugenreihe (sua Huius rei an) und Datierung von anderer Hand mit anderer Tinte geschrieben.

30

— — Huius rei testes sunt. Sigefridus Brandenburgensis episcopus. Theodericus prepositus Biveracensis et camerarius ecclesie Magdeburgensis. Hoierus prepositus Mersburgensis. Cristanus decanus et universus eiusdem ecclesie conventus. Swikerus abbas ecclesie beati Petri in Aldenbure in eadem civitate cum quamplurimis diverse professionis religiosus viris, laici vero huic facto nihilominus testes aderant Otto marchio 35 Misnensis. Theodericus marchio Orientalis. Dedo comes de Groiz. Fredericus comes de Breue. Burchardus burgravius Magdeburgensis. Albertus de Schapowe. Heidenricus schulthetus. Hartmannus, Bernhardus et Rothegeus ministeriales ecclesie aliorumque fidelium Christi turba non modica.

Actum Mersburg anno dominicę incarnationis M C LXX VI, indictione ̄, epacta nulla, concurrente ̄, iiii non. octobris, regnante domino Frederico gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto; feliciter amen.

(SFR.)

5

426.

Markgraf Dietrich von der Lavnitz bestätigt dem Kloster Gottesgnaten 50 Hufen Landes flandrischen Maaßes an der Elster, welche demselben von seinem Bruder, dem Grafen Friedrich, bei Gelegenheit des Leichenbegängnisses des Markgrafen Konrad auf dem Petersberge überwiesen worden waren.

[1177.]

10 *Htschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. S. an rotheisener Schuur ist abgefallen.*

Gedr.: Schöttgen und Keyzig, Dipl. et script. 3, 393.

Ann.: Die Urkunde ist, wie auch die folgende, mit ihr zusammenhängende, ohne Datum. Der Druck hat anno dominice inc. millesimo centesimo septuagesimo, wohl willkürlich von den Herausgebern zugesetzt. Graf Konrad, Sohn des Markgrafen Dietrich, war laut Chron. Mont. Ser. a. 1175 auf einem Turnier in Oesterreich am 17. Nov. 1175 tödtlich verwundet worden und nach empfangener Abwäsung gestorben. Da aber der Beisetzung desselben auf dem Petersberge Erzbischof Wichmann von Magdeburg Schwierigkeiten entgegenstellte und hierzu die Einholung einer besonderen päpstlichen Genehmigung forlerte, konnte dieselbe erst am 18. Januar, selbstverständlich also im Jahre 1177 Statt finden.

15
20
25
30
35
40
In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Teoderiens marchio Orientalis notifico omnibus tam futuris | quam presentibus Christi fidelibus, quod Gunterus venerabilis prepositus in Gratia Dei et fratres sui datis x̄c maris LX mansos | ad mensuram Flandricam super ripam Alstere sitos a fratre meo comite Friderico in possessionem propriam | emeruit, quos idem frater meus presente domno nostro venerabili Magdeburgensi archiepiscopo Wichmanno in Monte sancti Petri post celebratas exequias comitis Conradi meo coram posito et ceteris fratribus nostris astantibus et voluntarium assensum prebentibus, prefato preposito Guntero et fratribus suis libere dimisit et resignavit et in possessionem perpetuam legitimo iure contradidit cum omni decima et omnimoda utilitate, quam predicti fratres postmodum in eisdem mansis elaborare poterint in agris cultis et incultis pascuis pratis molendinis, piscationibus aquis aquarumve decursibus et lignorum deductionibus, insuper et litus ad compositionem et colligationem lignorum addidit, ubi fratribus commodum visum fuerit. Hanc itaque legitimam donationem fratris nostri Friderici ego ipse fratribus meis annuentibus auctoritate iudiciaria firmavi legitime et stabilivi. Hoc quoque nichilominus certissime sciendum est, quod dominus noster venerabilis Magdeburgensis archiepiscopus Wichmannus omnem decimam, que sui iuris erat in eisdem mansis, itemque Martinus Misnensis episcopus omnem decimam, que sui iuris erat in eisdem mansis, primum quidem deo inspirante, tum et fratre meo Friderico postulante prefato preposito G[un]tero et ecclesie in Gratia Dei in possessionem sempiternam libere contulerunt et sub anathematis comminatione firmaverunt. Huius rei testes sumus ideoque presenti pagine sigilli nostri impressionem affigi precepimus. Gesta sunt hec adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec Vdo Cicensis episcopus. Enerhardus Mersburgensis. Sifridus Brandenburgensis episcopus. Sifridus Nuvenburgensis abbas.

(SD.)

427.

Bischof Martin zu Meißen beurkundet, daß der Propst Günther zu Gottesnaden und dessen Konvent ein Stück Laudes an der schwarzen Elster vom Grafen Friedrich von Brehna mit Zustimmung der Brüder desselben gekauft und diesen Kauf Dietrich, Markgraf der Ostmark, bestätigt, er selbst aber den der meißner Stiftskirche dort zustehenden Zehnten an den genannten Propst und Konvent abgetreten habe. (1177.)

Hlschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. S. des Bischofs an rathesidener Schwur. Phot. H. St. A. Gedr.: Col. dipl. Sax. reg. H. I, 59.

Anm.: Wegen der Datirung vergl. die vorhergehende Urkunde, die von derselben Hand wie diese geschrieben ist.

In nomine sancte et individue trinitatis. Martinus Misnensis: | episcopus tam 10
presentibus quam futuris in perpetuum. Notum facio omnibus Christi fidelibus, quod
Gunterus venerabilis prepositus in Gratia Dei et fratres sui datis x̄c | marcis l̄x mansos
ad mensuram Flandricam in episcopatu nostro super Alsteram sitos a comite Friderico
in possessionem propriam emerunt, quos idem comes presente domino nostro venerabili 15
Magdeburgensi archiepiscopo Wichmanno in Monte sancti Petri post celebratas exequias
comitis Conradi fratribus suis coram positis et voluntarium assensum prebentibus prefato
preposito G[untero] et fratribus suis libere dimisit et in possessionem perpetuam legitimo
iure contradidit cum omnimoda utilitate, quam predicti fratres in eisdem mansis elabo- 20
rari poterunt in agris cultis et incultis pascuis pratis molendinis piscationibus aquis
aquarumve decursibus et lignorum deductionibus, insuper et litus ad compositionem ligno-
rum addidit, ubi fratribus commodum visum fuerit. Hanc itaque legitimam donationem
comitis Friderici marchio Theodoricus auctoritate iudiciali legitime firmavit et stabilivit.
Nos quoque primum quidem ob anime nostre salutem, tum etiam propter comitis Friderici
petitionem simulque dilectionem prepositi G[unteri] omnem decimam, que nostri iuris erat
in eisdem mansis, preposito G[untero] et ecclesie in Gratia Dei in possessionem sempiternam 25
libere contulimus et sub anathematis comminatione firmavimus. Quod ne cuiquam
postmodum dubium existere possit, presenti pagine sigilli nostri impressionem affigi prece-
pinus adhibitis idoneis, quorum nomina sunt hec, testibus. Herborto prepositus de Worzin.
Volemarus Magdeburgensis canonicus. Sifridus Misnensis canonicus. Laici. Svidegerus.
supplicationibus inducti tibi et successoribus tuis in perpetuum presenti pagina duximus indulgendum, ut ad honorem dei et domus vestre in posterum ampliandum uti mitra valeatis, ad cumulatum autem gratie et libertatis impense mitram, quam de capite nostro assumpsimus, prefato Ludewico lantravio tradidimus per ipsum tibi in argumentum nostri beneficii presentandam. Proinde volumus, ut in memoriam tanti honoris favore ipsius 5 indulti pro salute eius et parentum suorum in ipsa ecclesia speciales domino deinceps orationes offerantur. Ut ergo hec nostra concessio futuris temporibus indeficiens robur obtineat, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimur statuantes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Verone 10 nonis decembris.

493.

Papst Lucius III. in derselben Angelegenheit an Abt und Kloster von Reinhardsbuurn.

Verona, (1184) Dez. 5.

Hilchr.: Kop. Perg. in Cop. RR I. 18 fol. 193. Haus- und Staatsarchiv Gotha. Jaffé 15130^a.

15

Ann.: Wegen der Datirung vergl. No. 492.

Lucius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Hermano abbati et conventui in Reinartsborn salutem in domino et apostolicam benedictionem. Veniens ad nos nobilis vir Ludewicus lantravivus Thuringie supplici a nobis instantia postulavit, ut ad honorem dei et domus vestre in posterum ampliandum tibi, fili abbas, et successoribus tuis mitre usum concederemus. Nos itaque precibus eius grato concurrentes assensu hoc vobis in perpetuum duximus indulgendum. Unde ad cumulatum gratie et liberalitatis impense mitram, quam de capite nostro assumpsimus, per ipsum vobis curavimus destinare. Vos igitur in memoriam sempiternam Honorio per prefati Ludewici favorem et sollicitudinem acquisiti ipsi beneficium specialiter impendatis et tam pro ipso quam pro presentibus eius 25 speciales domino deinceps orationes in representationem tanti beneficii offeratis. Datum Verone nonis decembris.

494.

Papst Lucius gestattet auf Bitten des Landgrafen Ludwig dem Kloster Ahnberg die Propsteiwahl.

Verona, (1184) Dez. 5. 30

Hilchr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Die Bulle hängt an rother und gelber Seilenschnur.

Ann.: Wegen der Datirung vergl. No. 492.

Lucius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus conventui in Anenbere | salutem et apostolicam benedictionem. Iustis potentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que arationis tramite non discordant, effectu 35 prosequente complere. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu tertii Lodovici langrauii Thuringie precibus inclinati presentibus vobis litteris indulgemus, ut de communi assensu vobis in posterum per vos prepositum eligatis et, quem elegeritis, is auctoritate apostolica cenobio vestro pastoralis administratione provideat. Ut ergo hec nostra concessio indeficiens robur obtineat, eam auctoritate 40

apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communis statuamus, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

5 Datum Verone non. decembr.

(B.)

495.

Der Bischof Udo von Nauenburg eignet dem Nonnenkloster St. Stephan zu Zeit verschiedene Güter zu. — Zeugen: Markgraf Otto und dessen Bruder der Stiflvoigt Graf Dedo. 1184.

10 *Gebr.: Thur. sacra 665 und Leuckfeld, Chronol. abb. Bistumsgrünthum 75. Das ank. S. abgebildet bei Leuckfeld. Anm.: Die falschen Zahlen der Epakte (XVI statt VI) und der Konkurrente (vero [VI] statt VII) sind wohl Lesefehler.*

— — presentem paginam eis contulimus, etiam impressione nostri sigilli roboravimus adhibentes prepositum maioris ecclesie in Nuwenburg Theodoricum, decanum, Hartmannum custodem, Volewinum scolasticum, Conradum, Waltherum, Hermannum, 15 Poponem, Conradum Zicensis ecclesie canonicos, Ludolfum, Reinhardum, Sifridum, Conradum abbatem sancti Georgii in Nuwenburg, Godefridum prepositum, Guntfridum beati Mauricii abbatem, Conradum in Bozauwia abbatem, Adololdum in Porta, Marchionem Ottonem, etiam fratrem eius advocatum nostrum Dedonem, Fridericum de Boheluz, Fridericum de Grona, Bertholdum de Seoninburg ministeriales nostros, Rodol- 20 plum de Bunowe, Hugonem de Tribun, Hugonem de Hoikenwalt, etiam fratrem suum Henricum. — — Data est itaque hec confirmacionis nostre pagina anno dominice incarnationis MCLXXXIII, indictione prima, epactis sedecim, concurrentibus VI, presidente in sede apostolica reverendissimo papa Lucio, Romanorum imperatore invictissimo Friderico, archiepiscopo in Magdeburg Wignanno, Ottone tenente marchiam in Misna advocato 25 ecclesie nostre Dedone.

(S.)

496.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg schenkt dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg einen Gemüsegarten bei Schrotdorf und die Abgaben von einigen Hofstellen, welche zur Bewirthung der Kanoniker 30 des Klosters und für die Armen am Gedächtnißtage Norberts verwendet werden sollen. — Zeuge: Graf Dedo. Magdeburg, 1184.

Höhr.: Kop. Pap. (Sacr. XVI) Bibliothek des Klosters U. L. Fr. Magdeburg. v. Müllersst. Reg. archiep. Magdeb. 1679.

Gebr.: Geschichte der Prov. Sachsen 10, 54.

35 — — adhibitis testibus quam pluribus, quorum nomina sunt hec. Rokerus maioris ecclesie prepositus. Theodiricus camerarius et beati Nicolai prepositus. Gero vice dominus. Olicus ecclesie beate Marie prepositus. Heinricus prepositus de Hunoldesburg. Fredericus prepositus de Seburg. Iohannes et Norbertus canonici sancte Marie. Onolfus canonicus sancti Nicolai. Laici vero testes. Dedo comes de Groiz. Iohannes

40 495, a) vero Drucke.

de Plote. Heinricus sculthetus de Magdeburg. Gerbertus advocatus. Hugoldus sculthetus de Calve. Hildebrandus marschalcus de Sumersenburg. Conradus et Iohannes monetarii. Iohannes mercator. Scabini quoque iudices Ovo. Martinus. Reynerus. Udo. Cristiannus. Reimbertus et alii quam plures. Actum Magdeburg, anno dominice incarnationis M̄CLXXXIII, indictione I.

5

497.

Landgraf Ludweig III. gestattet allen seinen Ministerialen das freie Verkaufs- und Schenkungrecht an das Kloster Heusdorf. — Zeuge: Pfalzgraf Hermann. Erfart, 1184.

Utschr.: Or. Perg. Geh. Haus- und Staatsarchiv Weimar. Phot. II. S. A. Das an farblosor Schmir anhängende S. = Taf. XI. 2.

10

Geogr.: Stumpf, Acta Majunt. 99.

In nomine sanctę et individue trinitatis amen. | Operationis bonę propositum nulla debet occasio prepedire, hoc nimirum intuitu ego Ludewicus comes provincialis divina monitus inspiratione sanctimonialium in Hugestorf et aliorum ibidem deo militantium religionis sanctę laborisque magnitudinem et rerum necessarium usum tenuitatem diligentius intuens et conueniens ad augendos dictę congregationis reditus ob salutem animę meę et pro meorum parentum remedio animarum deo omnipotenti et beate Marie semper virginı et sancto Godehardo confessori atque pontifici et verbis concessi et donavi, ut, quicumque meorum ministerialium vel liberorum ad me pertinentium prefati cenobii professoribus vel in mancipiis aut agris vel etiam qualibet mobilium specie vendiderit aut donaverit, ratum et inconvulsum habeatur perpetuo. Unde, ne qua possit corrupti calumpnia, donationem meam*) subscriptione testium et presentis sigilli munimine roboravi. Testes igitur ex parte mea sunt hi. Hermannus palatinus. Heinricus comes de Buch. Cunemundus de Uargela. Heinricus et Lintolfus de Berlestad. Hermannus et Otto de Lobedeburh. Arnoldus de Nunburch. Irenfridus de Crebezinnelt. Bercardus de Grifenberch. 25 Hugo de Brisenze. Ex parte ecclesie sunt hi testes. Godefridus de Dudeleben. Bertoldus de Apolde. Helewicus de Ringelderode. Widelo de Grizhein. Eggehardus de Guderen.

Actum publice incarnationis dominicę anno millesimo c̄ octuagesimo tui, indictione tui, regnante domino nostro imperatore Friderico.

(S.)

30

498.

Erzbischof Konrad von Mainz bestätigt, daß der Propst des Petersstifts, Burkard, welcher auch Propst zu Jechaburg ist, und die Gemeinde von Jechaburg dem Kloster Wilkenried ihre Güter und Einkünfte in Urbuch für die Güter dieses Klosters in Kleinwerther, in Erich und in Auleben tauschweise überlassen hat. — Zeuge: Landgraf Ludweig. Erfart, 1184. 35

Utschr.: Or. Perg. Landeshausarchiv Wolfenbüttel. S. Konrads hängt an Büchföten.

Geogr.: Urkundenb. des hist. Ver. für Niedersachsen 1, 23. Böhmner-Will. Münzer Register XXX, 111.

— Huius autem actionis, quę anno incarnationis dominicę M̄CLXXXIII, indictione II, coram nobis Erpsfordie facta et a nobis confirmata est, testes affuerunt, quorum

497. a) donatio mea Or.

40

subiecta sunt nomina. Arnoldus maioris ecclesie prepositus. Burkardus sancti Petri Maguntie et Iecheburgensis nichilominus prepositus. Peregrinus abbas sancti Petri. Ekebertus abbas Walkenridensis. Thietmarus prior eiusdem cenobii. Bertoldus cellerarius. Peregrinus custos. Godefridus decanus sancte Marię in Erpisdordia. Henricus cantor.
 5 Lüdewicus Iantgravius. Erwinus comes. Sigefridus comes. Adilgerus comes. Arnoldus comes de Scowenburg. Ludowicus comes de Lare. Meinardus de Mulburg. Poppo de Wasinge. Ministeriales. Bertoldus vicidomus. Helvicus scultetus. Theodericus camerarius. Wikardus advocatus. Robertus advocatus de Northusen. Burkardus. Irmingerus. Guntherus.

10

(S.)

499.

Bischof Hermann von Münster bestätigt den zwischen ihm und dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg abgeschlossenen Tausch der Rothenburger Berge und Ufer gegen eine halbe Hufe in Zickeritz unter Zustimmung des Vogts Hoier von Mansfeld, welcher in Gegenwart des Markgrafen Dietrich
 15 *und des Grafen Dedo auf die Vogtei verzichtet.* [1174—1184.]

Höchr.: Cop. Perg. Cod. Viennense (Sæc. XII) fol. 26 Bibliothek Wernigerode.

Gedr.: Geschichte der Prov. Sachsen 10, 52. v. Mühlstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1547.

Ann.: Hermann, Bischof von Münster seit 1174. Markgraf Dietrich von der Ostmark sticht am 9. Febr. 1185, nachdem er lange krank gelegen.

20 In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus dei gratia Monasteriensis episcopus. Cum quandoque contingat, quod ea, que in concambiis inter ecclesias agantur, per oblivionem in errorem labuntur, ad id precavendum notum esse volumus universis tam futuris quam presentibus, quod mediante domino Wichmanno venerabili Magdeburgensi archiepiscopo litus in apposito molendini Rodenburg forestum, quod vulgo Werder dicitur,
 25 prefato molendino contiguum et montana a semita sursum capelle nostre pertinentia et ipsam semitam cum fossatis lapidum ecclesie sancte Marię in Magdeburg in concambio dedimus collaudante et consensiente Volquino sacerdote capelle nostre et in vicissitudine ipsius concambii ab ecclesia beate Marię dimidium mansum in villa Cikeriz situm ix solidos solventem recepimus. Huic concambio postmodum coram marchione Theoderico et comite
 30 Dedone comes Hoierus de Mannesvelt consensit advocatus eorumdem bonorum, que in concambio dedimus ipsique advocatie renunciavit. Quam ob rem hoc factum firmum et incon vulsum esse volentes auctoritate dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et nostra confirmamus. Et ne quis ea, que in his statuta sunt, infringat, sub anathemate prohibemus adhibitis idoneis testibus.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt vorstehenden Tausch zwischen dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg und dem Bischof Hermann von Münster, welcher für die Berge, Ufer und Forst in Rodenburg eine halbe Hufe in Zickeritz erhält mit Zustimmung des Grafen Hoier von Mansfeld als Vogt, welcher in Gegenwart des Markgrafen Dietrich und dessen Bruders, des Grafen Dedo, 5 zugleich auf die Vogtei Verzicht leistet. [1174—1184.]

Hilchr.: Kop. Perg. Cod. Vindobensis (Saec. XII) fol. 26. Bibliothek Wernergerode.
Gebr.: Geschichte der Proc. Sachsen 10, 53. v. Mulverstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1548.
Anm.: Betreffs der Datirung vergl. die vorhergehende Urkunde.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Wichmannus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus. Notum esse cupimus tam futuri quam presentis evi^{a)} Christi fidelibus, quod fratres ecclesie beate Marię in Magdeburg a venerabili Hermanno Monasteriensi episcopo montana quedam in Rodenburg^{b)} et litus aque cum foresto adiacente et sub advocatia comitis Hogeri sita atque ad capellam curie eiusdem episcopi pertinencia in concambio acquisierint, pro quibus prefato episcopo dimidium mansum in 15 villa Cikeriz situm restituerunt. Idem autem comes Hogerus, qui predictorum bonorum, ut dictum est, advocaciam tenebat, eam in presentia marchionis Theoderici nec non et fratris eius Dedonis comitis aliorumque multorum per manum Burchardi burchavii nostre potestati resignavit, pro qua etiam dicti dimidii mansi, qui in concambio datus est, advocaciam recepit. Hinc autem ordinationi Volquinus sacerdos assensum prebuit, qui 20 predice capelle beneficii tunc temporis compos existit. Ut autem id, quod factum est, futuris temporibus ratum et inconvulsam permaneat, postea in placito sepe dicti Hogeri comitis in Bisinburg stabilitum est et omni, quo decebat, iure firmatum in presencia iudicum scabinorum.

Erzher von Altleben kauft von der Aebtissin des Klosters Gerbstedt zwei Hufen, verspricht, daß nach seinem Ableben diese Besitzungen dem Kloster heimfallen sollen, und begiebt sich zur Hand des Markgrafen Dietrich und des Grafen Dedo des Wüternufs. [Vor 1185 Febr. 9.]

Hilchr.: Cod. Vindobensis (Saec. XII) fol. 29. Bibliothek Wernergerode.
Gebr.: v. Ludewig, Rel. manuscr. 2, 389.
Anm.: Der Urkunde fehlt jede Datirung, auch bietet sie wenig Anhaltspunkte, um die Zeit der Abfassung bestimmen zu können. Wir setzen sie deshalb vor 9. Febr. 1185, weil Markgraf Dietrich an diesem Tage starb.*

— Cum enim prefatus E[uerherus] herede careret et nobis sua possessio cedere deberet, nos pietatis intuitu bone voluntati sue assensum prebentes leuc contractum favore et beneplacito nostro prosecuti sumus, ipseque in manum nostram et marchionis 35 Th[eoderici] et Dedonis comitis spopondit, quod prescriptam actionem nunquam revocaret in irritum, sed secundum formam prescriptam eam omni diligentia et studio custodiret et teneret.

500. a) evl fehlt Kop. b) in Rodenburg auf rathen Grunde von einer Hand des 15. Jahrh. nachgetragen.

502.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg überreicht der Abtei Nienburg als Ersatz für deren Güter in der Lauwitz die Dörfer Bobowe, Crwitz und Bodenulorf. Darunter 100 Hufen Flantrischen Maaßen in seinem Landstrich Jüterbogk. — Zeuge: Markgraf Dedo. 1185 [nach Febr. 9].

- 5 *Hilchr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Zerbst. Das S., jetzt verloren, war hinten aufgedruckt und mit Pergamentstreifen befestigt.*
Gebr.: v. Heinenann, Cod. dipl. Anhalt. I, 470. v. Mühlert, Reg. archiep. Magd. 1695.
Ann.: Die Urkunde ist erst nach dem 9. Febr. ausgestellt, da an diesem Tage Markgraf Dietrich starb und Dedo nach dessen Tode Markgraf der Ostmark wurde.

- 10 — — Insuper in terra nostra, que Interbok dicitur, centum mansos contiguos ad mensuram Flandrensium mansorum et qui ad ferendum frumentum sint fertiles, in idem concambium addidimus et ad hec colenda et instauranda in nemore nostro Ztrekowe de pascuis et silvis l mansos adiccimus — — adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec. Sifridus abbas Hersfeldensis. Rokerus maior prepositus. Albertus archidiaconus. Gero viceominis. Heinricus magister scholarum. Conradus frater burgravii. Godefridus. Romarus. Sifridus aliique canonici maioris ecclesie. Oricus prepositus ecclesie beate Marie. Fridericus Seburgensis prepositus. Laici vero Bernardus dux Saxonie. Dedo marchio orientalis. Burchardus burgravius Magdeburgensis. Rodolfus de Iericho. Heinricus sculthetus Magdeburgensis. Gerbertus advocatus. Hugoldus sculthetus de
 20 Calue aliique quam plures tam clerici quam laici. Actum anno domini incarnacionis M^CLXXXV, indictione iiii.

503.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt die von ihm und seinem Bruder und von seinen Ministerialen dem Kloster Seitenstetten gemachten Schenkungen unter namentlicher Anführung derselben und der mit ihnen verbundenen Stiftsobliegenheiten. — Zeuge: Markgraf Dedo. 1185 [Nach Febr. 9].

- Hilchr.: Kop. Perg. Codex Gundakari (Sæc. X in) fol. 39. Klosterarchiv Seitenstetten.*
Gebr.: Raab, Urkundenb. der St. Seitenstetten 14.
Ann.: Wegen der Datirung vergl. No. 502.

- 30 — — adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina sunt hec. Martinus Misnensis episcopus. Theodericus Nuemburgensis maior prepositus. Livdolfus prepositus sancti Wiberti in Nienburch. Acer Laudensis prepositus. Sifridus de Amuorde Magdeburgensis canonicus. Chunradus Sytanstetensis abbas. Geroldus eiusdem ecclesie monachus. Heidericus et Norbertus Magdeburgensis curie capellani. Laici vero. Dedo marchio
 35 Orientalis. Perichtoldus marchio Istriæ. Godefridus ministerialis ipsius. Willehelmus comes de Hünenberg. Chunradus comes de Lüpurch. Erenfridus dapifer de Sutterhusen. Bero pincerna. Rodingerus de Magdeburg. Anshelmus de Piugen et frater eius Thie-therus et alii quam plures clerici et laici. Actum anno incarnationis domini M^CLXXXV, indictione quarta.

504.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt der Kirche St. Petri und Nicolai in Magdeburg zwei von einem Kanonikus der letzteren Namens Rudolf gezeichnete Hufen Landes zu Pechau. — Zeuge: Markgraf Dedo. [1185 (Nach Febr. 9).]

Hlchr.: Cop. St. Nicolai (Sarc. XIV.) No. 342 fol. 2^b. Staatarchiv Magdeburg.

Gebl.: v. Heintemann, Cvl. dipl. Anhalt. 1.474 (Zeugnisse). v. Müllersst. Reg. archiep. Magl. 1686.

Ann.: Wegen der Datirung vergl. No. 502.

— — Adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina sunt hec. Rochkerus Magdeburgensis maior prepositus. Adelbertus de Bisenrode. Heinricus magister scolarium. Theodericus Nyenburgensis et sancti Nicolai prepositus. Ludolfus sancti Wyberti in Nienburch prepositus. Ghero vicedominus. Conradus frater maioris prepositi. Odalricus de Syersleue. Conradus frater burchavii. Bartoldus cellerarius. Anno de Bisenrode. Sifridus de Anuorde. Hermannus de Landesberch. Onolfus sancti Nicolai cellerarius. Heinricus Longus. Conradus sacerdos. Sifridus Seburchengensis prepositus. Bodo sancti Nicolai decanus. Fridericus de Hekeling. Dehennardus. Adelbertus sacerdos. Laici 15 quoque Dedo marchio. Heinricus schultetus de Magdeburg. Gerbertus advocatus et alii quam plures. Actum anno incarnationis dominice M̄CLXXXV, indictione . . *.)

505.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt dem dortigen Kloster U. L. Frauen den mit Richard von Alaleben abgeschlossenen Tausch über die Dörfer Eichholz und Uelnitz. — Zeuge: Markgraf Dedo. 20 [Magdeburg, 1185 (Nach Febr. 9).]

Hlchr.: Kop. Pap. (Sacc. XVI.) fol. 3^b. Bibliothek des Klosters U. L. Frauen zu Magdeburg.

Gebl.: Geschichte der Prov. Sachsen 10, 55. v. Müllersst. Reg. archiep. Magdeburg. 1693.

Ann.: Wegen der Datirung vergl. No. 502.

— — Huini rei testes sunt. Dedo marchio. Rokerus maior prepositus. Albertus 25 archidiaconus. Gero vicedominus. Heinricus scolasticus. Theodericus camerarius. Burchardus burgravius. Gardolfus de Seburg. Heidenricus et Conradus de Burg. Richardus et Heinricus de Alesleve. Alvericus de Grabowe. Iohannes de Plote. Heinricus sculthetus. Gerbertus advocatus. Rodulfus de Gatersleve. Rothegerns. Martinus de Magdeburg aliique quam plures. Actum Magdeburg anno dominice incarnationis 30 M̄CLXXXV, indictione III, epacta XVII, concurrente I.

506.

Bischof Uilo von Naumburg bestätigt dem Kloster Bosau und dessen Abt die Erwerbung der Güter zu Breenen für 55 Mark Silbers von Hermann von Teuchern. — Zeugen: Markgraf Otto, Graf Dedo, Vogt des Klosters Bosau, und dessen Sohn Graf Konrad. [1185 (Nach April 9).] 35

Hlchr.: Kop. Perg. in Chart. Bosau. (Sacc. XIV.) S. 57. Kgl. Bibliothek Dresden.

Gebl.: Schütgen und Freytag, Diplomataria 2, 474.

Ann.: Abt Konrad von Bosau ist 1184 (vergl. No. 495) noch am Leben, aber nach dem 24. April 1185 (Schützer, Dlr. dipl. 2, 305), wo er seine letztwilligen Verfügungen trifft, gestorben — No. 509, 1185 Juni 29 tritt auch dessen

Nachfolger bereits als Zeuge auf. Unter den Zeugen befinde sich, wie auch in No. 509, Abt Gotfrid von St. Georg in Neumburg, während sein Vorgänger Konrad noch in der Urkunde vom 1184 (No. 495) als Zeuge gefunden wird. Auch der in unserer Urkunde mit aufgeführte Zeuge Abt Rudolf von Pögnu fungirte daselbst in der Zeit von 1183 bis 1185, in letzterem Jahre starb er, sein Nachfolger ist Sifrid. Die Urkunde gehört deshalb in das Jahr 1185 nach April 24. Vergl. Pögnu, Lehre von den Privaturk. 71 Anm. 3.

- — Huius facti nostri et scripti testes sunt hii. Eberhardus Merseburgensis episcopus. Thidericus Nuemburgensis prepositus. Gotefridus abbas sancti Geori. Degenhardus abbas de Burgeliuo. Adelfoldus abbas de Porta. Rudolfus abbas de Pygaulia. Reinboto abbas sancti Petri in Aldenburg. Gunfridus prepositus sancti Mauricii. Canonici.
- 10 Hartmannus decanus. Conradus magister. Volquinius custos. Waltherus. Bertoldus. Poppo. Cunradus. Otto. Ludewicus. Thidericus. Canonici Cycenses. Bruno prepositus. Sifridus magister. Reinhardus custos. Walrabanus. Otto. Cunradus. Bruno. Hartmannus. Principes. Otto marchio Misnensis. Dedo comes advocatus ecclesie et filius eius Cunradus comes. Nobiles. Otto et Hartmannus et Burkardus de Lobdeburg. Wertherus de Muure.
- 15 Hermannus de Tuelern. Meinherus de Wirbene. Gerbrandus et Thipaldus fratres. Ministeriales. Ludewicus de Crozna. Ernestus et filius eius Rudolfus. Ludewicus de Owa. Wicnandus. Gerhardus. Gumpertus et Cunradus fratres. Hugo et Heuricus fratres. Alexius. Volquinius. Poppo et Otto. Arn et alii quam plures.

507.

- 20 *Abt Richolf III. zu Arenstein bekennt, daß Landgraf Ludwig Grundstücke an der Lahn dem Kloster geschenkt habe.* Mainz, 1185 Mai 5.

Höchr.: Gules, Cod. dipl. 220.

- In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Richolfus abbas in Arenstein tercius licet indignus. Que meis acta sunt temporibus, posteris meis trausseribo, quatinus falsitatem pro veritate non recipiant. Terra, quam comes Lodewicus in Holdenruhe iure hereditario possederat, ecclesie in Arenstein tradidit. Sed quia comes universalis Turingie Ludewicus nomine, quicquid supererat terre, ipsum videlicet montem parvum et quicquid terre circumiacet, prata et quicquid ab alto monte descendit in Logenam, ex utraque parte rivi ipsam etiam montem descendentem Logenam cum superficie eius usque ad rivum, qui fluit in fine montis inter campos Nassowen, et iuger unum trans Logenam, quod totum iure hereditario possedit, ammonitus per abbatem Richolfum et comitem Lodewicum sancte Marie sanctoque Nicolao in Arenstein pro remedio anime sue ac patris sui et hereditum suorum in perpetuum tradidit. Nos vero de manu eius suscipientes vinculo anathematis rogatu suo predictae ecclesie firmavimus. Acta sunt hec Maguntie in vigilia ascensionis anno dominice incarnationis MCLXXXV, indictione III, epacta XVII, concurrente prima.

Markgraf Otto übereignet dem Kloster Altenalle den Zehnten von einem Weinberge bei Camburg und den auf dem Genczeberg bei Jena angelegten Weinbergen. **Meißen, 1185 Juni 8.**

*Höchr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 90. Das an roth-grün-weißseidenen Fäden anhängende S. des Markgrafen ist gut erhalten, = Taf. I. 4. Von Empfängerhand. Vergl. Pässe, Lehre von den Privatrk. 20. 5
Anm.: In dorso gleichzeitig: Cirografum marchionis Otonis de decimis collatis clastro nostro vinearum in Cham-
burg et Genczeberg.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia Misnensis marchio. In offerendis deo rerum nostrarum decimis divine legis ammonitione devoti notificamus tam presentibus quam posteris, quod nostre coniugis H[edwigis] liberorumque nostrorum assensu pro nostra | scilicet et predecessorum nostrorum salute de vinea, que nostre proprietatis est in Chamburg^{a)}, que Lëuonis quondam fuisse dinoscitur, et, si quid in reliquum eidem vinee de nova plantatione accreverit, decimam contulimus clastro nostro, quod vocatur Cella sancte Marie, quod divine remunerationis intuitu construximus de nostris sumptibus in episcopatu Misnensi contra meridiem Milde fluminis. Similiter de monte, qui vocatur Gehnceberg^{b)}, qui nostre proprietati ex parte sui meridiana, sicut coram imperio diffinitum est, pertinet, statuímus, ut de vineis in eo iam plantatis videlicet seu adhuc plantandis decima tota predicto cenobio annuatim persolvatur. Sane in futurum providentes ecclesiastice utilitati circumspecta nichilominus de liberatione statuendum duximus, ut ad cuiuscumque persone possessionem prelibati montis vinee ratione proprietas seu obtentu beneficii ex nostra vel heredum nostrorum largitione futuris temporibus devolute fuerint, omnes decime exinde surgentes sopita omni contradictione et indebite tergiversationis^{c)} occasione sepe dicto cenobio integraliter assignentur. Ut igitur nostre subscriptionis pagina rata et inconvulsa perpetuo maneat, proprio sigillo et ydoneis testibus eam insigniri fecimus, quorum hec sunt nomina. Martinus Misnensis episcopus. Hermannus decanus. Anshelmus custos. Egeno. Sigemundus. Walterus. Bruno. Magister Rvdolfus capellanus. Laici. Primizlaus advocatus. Siffridus de Mugelin. Fridericus de Marus. Rvdolfus de Muchoua. Gerbrandus de Salsiz. Cvnradus de Hagensbere. Albertus de Chvnigestal. Rvdolfus de Batin. Cvnradus de Uglic. Bertoldus camerarius. Cvnradus de Cvnigestal. Hirnfridus de Culsove. Heinricus de Böhvi^{d)}. Acta sunt hec in Misna VIII. idus iunii anno ab incarnatione domini MCLXXXV, indictione III, Friderico imperatore regnante, Wihelii^{e)} abbate.

(S.)

*Bischof Uo von Naumburg eignet dem Nonnenkloster St. Stephan zu Zeit verschiedene Güter zu. — 35
Zeugen: Der Stiftoabt Markgraf Dedo, dessen Sohn Markgraf Konrad und Markgraf Otto.*

Naumburg, 1185 Juni 29.*Gez.: Thur. nera 632.*

— — Huius autem rei testes adhibuimus maioris ecclesie in Nuwenburg prepositum Theodericum, decanum Hartmannum, magistrum Cunradum custodem, Volcwitium, 40

508. a) chamb. b) gehnceb. c) tergiversationis, das letzte i ist auf Rasse aus e corrigirt. d) böhi. e) wiheliu.

Waltherum, Popponem, Cunradum, qui dicitur de Helpede, et alios canonicos maioris ecclesie in Nuwenburg. In Ciza prepositum Brunonem, Reinhardum custodem, Conradum magistrum, Sifridum, Brunonem, Ottonem, etiam alios eiusdem ecclesie canonicos. Abbatem sancti Georii in Nuwenburg Godefridum, abbatem de Porta Adololdum, abbatem de Bozauwia Rudolfum, prepositum de sancto Mauricio Gunfridum, prepositum de Lusenz Hildebrandum, advocatum ecclesie nostre marchionem Dedonem, etiam filium eius marchionem Conradum, marchionem de Misnie Ottonem, Bechtoldum de Sconinberh, Godeboldum de Novo Castro, etiam Odolscalem. De ministerialibus nostris Rodolfum de Bunowe, Hugonem de Hoykenwalt, Ludewigum de Owa. — — Data in Nuwenburg in ecclesia beati Petri III. kal. iulii anno dominice incarnationis MCLXXXV, indictione tertia, unitate existente concurrente, XVII epactis, presidente in sede apostolica domino papa Lucio, regnante victoriosissimo imperatore Friderico, etiam conregnante ei filio suo rege Heinrico, archiepiscopo in Magdeburg Wiemanno, marchiam in Misnie tenente Ottone, fratre suo Dedone advocato ecclesie nostre tenente marchiam in Lusnich; 15 actum feliciter amen.

510.

Markgraf Otto setzt zur Vermeidung künftiger Irrungen die Besitzgrenzen des Klosters Altenzelle fest. — Zeuge: Albert, Sohn des Markgrafen Otto. Landtag Colmitz, 1185 Aug. 2.

- 120 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 91. Das an roth-grün-weißgelben Fäden kinglynde S. ist verloren. Von Empfängerhand. Vergl. Passa, Lehre von den Privatark. 20. Gestr.: Gautsch, Archiv für sächsische Geschichte 1, 202.*
- 125 *Ann.: In anno die gleichzeitige Notiz: Cirografum marchionis Ottonis de terminis claustris nostri. Permisit idem marchio, quod, quamvis ab imperio metalli genera in marchia sua in beneficio accepit sic, ubi tamen in fundo claustris fuerit inventum, cum voluntate et utilitate claustris habere debeat et successores sui, dicens hoc sibi iustum ratumque videri preidium cuiuscumque atineat, quamvis sibi imperium metalli vel salis iura vendicet, possessori tamen omnem pertinere utilitatem a summo usque ad novissimum fundum.*

† In nomine sanctę et individue trinitatis. Otto dei gratia Misuensis marchio ecclesie sanctę dei genitricis semperque virginis Marię in Cella in perpetuum. | Quoniam annuente divina clementia pro salute anime nostre antecessorumque nostrorum in honore
30 sancte dei genitricis semperque virginis Marie claustrum vestrum construere inchoavimus, idcirco possessiones vestras certis terminis designare, et, ne quis aliquid vi vel fraude | nitatur avellere, scripto et sigillo nostro corroborare decernimus. Igitur notum sit vobis et universis tam presentibus quam futuris, quia de nemore, quod est in marchia nostra, a plaga Milde fluvii meridiana mansos octingentos, qui Franconica lingua | lehu dicuntur,
35 ab imperio donari ad hoc ipsum impetravimus. Situs itaque loci est, ubi torrens Betscowa versus orientem decurrit in predictum Milde fluvium, tendens supra, ubi iactus est cumulus iuxta cuiusdam fontis rivulum in Betscowam labentis. Inde tendit a cumulo in cumulum usque in vallem Zmolidol, que Teutonice dicitur Harzdal, et per vallem in Mildam, inde
40 sursum secus Mildam usque ad meridionales fines Bertoldisdorf, deinde versus eandem plagam usque ad fines Langenowa et abinde usque, ubi oritur rivulus, qui dicitur Striguz, abhinc deorsum rivuli usque ad villas Echardi, ibi exceptis quatenus septem mensuris triginta peticarum, que Franconica lingua guende dicuntur, ad complementum quatuor

villarum Echardi pertinentibus, rursus revertitur ad eundem rivulum. Inde deorsum rivuli usque Frankenstein, inde a cumulis ad cumulos usque ad cumulum in Bukendorf, ab illo per antiquam Boemie semitam a cumulo ad cumulum usque in cumulum Gronowa, inde rursus usque ad saxum grandem iuxta Striguz, abhinc deorsum Striguz usque ad proximum montem, ubi est cumulus versus Mildam fluvium, abinde sursum secus Mildam 5 usque in torrentem Betscowam ecclesie termini terminantur. Insuper ordinavimus, quod Petrus de Nozin, quicquid trans Betscowam, quod ad faciendas piscinas aptum esset, de episcopatu Mianensi habuit, cum parte vallis, que trans fluvium est Mildam, episcopo resignavit, et episcopus contulit monasterio. Incipit autem predicta vallis ab antiquo vado Milde fluvii iuxta malum silvestrem tendens versus aquilonem de cumulo ad cumulum 10 supremum, et inde regirat versus occidentem, usque dum Milda tangit pedem montis. Preterea sciendum, cum ab imperio cuiuslibet metalli proventum in nostra marchia beneficii iure suscepimus, quia in terminis monasterii venę argentarię repertę sunt, cum bonis nostris ex eis absolvimus villas has Dütendorf, Christianisdorf, Bertoldisdorf et partem memoris, que in dominicale redigi ceperat, que in centum decem et octo lehn computantur. 15 Sane universis denunciavimus, quod eidem loco et possessionibus eius tali modo nos et successores nostros advocatos fore decernimus, ut absque ulla utilitate advocatię seu iusticia, pro solius videlicet eternę vitę remuneratione defensores existamus, sicut etiam talis ordinis exigit religio. Convenimus etiam cum abbate Widleuo, ne ipse vel quisquam successorum suorum presumat alicui laico iure beneficii possessiones ecclesie concedere et 20 hoc privilegio interserendum. Igitur prefate possessiones permaneant confirmate Celle sancte Marie perpetue virginis et dei genitricis sibi que inibi famulantibus cum terris cultis et incultis viis et inviis agris pratis nemoribus venationibus aquis molendinis piscationibus et cum omnibus utilitatibus vel appenditiis, que de iure provenire possunt nunc et in posterum. Acta sunt hec in placido Chulmice anno ab incarnatione domini millesimo 25 centesimo octogesimo quinto, indictione tertia, quarto nonas augusti, regnante Friderico imperatore, Widleuo abbate negocium presens nobiscum promovente. Ut autem rata hec et inconvulsa permaneant, eisdem possessionibus ex placiti iudicio pacem firmam pronuciavimus et testes ydoneos, qui presentes erant, subscribi fecimus, quorum hec sunt nomina.

Albertus marchio filius marchionis*). Magister Rvdolfus capellanus. Conradus castellanus 30 de Dewin. Heinricus castellanus de Litzich. Heinricus castellanus de Dony. Prinzlaus Misnensis ecclesie advocatus. Sifridus de Moglin. Swidegerus de Imnez et frater eius Bruno. Sifridus de Milbuz. Hermannus de Hagen. Bertoldus. Conradus. Heinricus. Burehardus. Kitzelz. Tammo de Strele et frater eius Vlricus. Tammo de Lizowa. Heinricus de Wariu. Tammo de Dewin. Conradus de Dewin et Thietmarus frater eius. 35 Fridericus de Marus. Reinhardus de Seachowa. Oswaldus de Hagen. Germarus de Litzich et fratres eius Iohannes et Lando. Ramuoldus et Rvdolfus de Mvchowa. Martinus de Bvkwewen et frater suus Pribzlaus. Albertus de Libz et frater suus Bürzlaus.

510. a) m. l. m. Die Buchstaben der drei Wörte sind auseinandergezogen und treten dadurch hervor.

Saxo et Iarus de Kiwiz. Bertoldus de Landisberg. Macellinus de Taniz. Conradus de Salsiz. Hugo de Dewin, et frater suus Bertoldus. Heinricus Puzman. Ministeriales. Otto et Themo de Liznich. Heinricus advocatus de Wurcin. Bernardus de Trebein. Rvdolfus de Batin et Conradus frater suus. Annas et Otto de Landisberg. Albricus. 5 Otto. Heinricus et frater suus Wernerus de Wurcin. Eremfridus de Cultscowa. Albertus de Marus. Petrus de Pichowa. Heinricus de Beierdorf. Thiemo et Swarzgerus frater suus de Bvma. Fridericus Slic. Arnoldus de Woiniz et quam plures alii. †
(8D.)

511.

10 Kaiser Friedrich I. nimmt auf Bitten des Johanniter-Großmeisters Rainaud alle Johanniter-Hospitaliter in seinen Schutz. — Zeuge: Landgraf Ludwig. **Pavia, 1185 Nov. 28.**

Htschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. Aus dem Transsumpt König Adolfs von 1295 März 11. Wörtliche Wiederholung vom Stumpf 3818*.
Gez.: Mon. boica 31*, 424. Stumpf 4438.

15 — — Huius rei testes sunt. Gotfridus patriarcha Aquilegensis. Cynradus Mogunfinus archiepiscopus. Bonifacius Nouariensis episcopus. Conradus Lubicensis electus. Rudolfus prothonotarius imperialis aule. Ludwicus langravius Thyringie. Bertholdus marchio de Andechse. Comes Diepoldus. Wezelo de Camino. Heinricus marschalkus de Lutra. Rudolfus camerarius.

20 Signum domini Fridrici Romanorum imperatoris invictissimi. (M)
Ego Gotfridus imperialis aule cancellarius vice Phylippi Coloniensis archiepiscopi et Italie cancellarii*) recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo clxxxv, indictione v, regnante domino Friderico Romanorum gloriosissimo, anno regni eius xxxiiii, imperii vero eius 25 xxxii; datum Papie iii. kal. decemb.; feliciter amen.

512.

Bischof Martin von Meißen ordnet die Rechtsverhältnisse der Forenser und der Kolonen von Lößnitz. — Die Urkunde erwähnt die Regierung der Markgrafen Otto und Dietrich, sowie den Friesenschluß zwischen dem Erzbischof von Mainz und dem Landgrafen Ludwig. **1185.**

30 *Htschr.:* Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen.
Gez.: Cod. dipl. Sax. reg. II, 1, 60.

Anm.: Anstatt Lucio III anno IIII hat der Schreiber aus Versehen die Zahlen umgestellt. Richtig sind die Regierungsjahre des Kaisers, sowie des Erzbischofs von Magdeburg und des Bischofs von Meißen angegeben. Dagegen stimmt die Indiktion I (statt III) nicht zu 1185. Die Indiktion weist damit auf die Handlung im Jahre 1183 hin, denn die Handlung kann erst zwei Jahre später bewirkt sein, da die in der Datierung erwähnten politischen Ereignisse u. a. nicht in das Jahr 1185 passen. So ereignete sich der Unglücksfall zu Erfurt im Jahre 1184, zu Ende 1183 oder Anfang 1184 vermittelte der Kaiser den Friesen zwischen Mainz und dem Landgrafen Ludwig. Dabin gehört auch

511. a) cancellarius.
COD. DIPL. SAX. I. 2.

der beschlossene Fehdtag gegen Polen. Der Reichstag zu Mainz, wo der Kaiser seine beiden Söhne mit dem Schwerte umgürtete, wurde im Jahre 1184 abgehalten. Wie erwähnt, muß deshalb die Handlung 1183, die Beurkundung 1185 Statt gefanden haben. Man nahm alle wichtigen Ereignisse, welche zwischen Handlung und Beurkundung sich ereigneten, in die Datirung, datirte aber theilweise nach der Handlung (mit Indiktion I) und theilweise nach der Beurkundung.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Martinus dei gratia Misnensis episcopus. | Sepennumero fit, ut de contractu, de conventionē sive de cuiuspiam rei compositione oriatu controversia, que non oritur vel orta facile sopiretur, | si actę rei testes vel litterarum haberentur monumenta. Quapropter, ut de verbo, in quo cum forensibus et colonis in Lybaniz convenimus, controversia non oriatu futuris temporibus, quo nos 10 ipsis, quo ipsi nobis teneantur promissionis debito, in presenti karta tam ad futurorum quam presentium noticiam conscribi fecimus. Forensibus itaque quam Hallenses, colonis quam illi de Burch habent, quia eam elegerunt, iusticiam concessimus statuētes, ut tam forenses quam coloni non amplius quam ter in anno coram advoco in iudicio stare cogantur, ubi vel de remissis verbis vel de inordinato gestu corporis sive de alia aliqua 15 minori indisciplina secundum debitam huic culpe iusticiam coerceantur. De maioribus autem excessibus, sicut de latrocinio, de furto, de sanguine effuso, de rapina et de alia aliqua simili violentia sub regio hanno respondere cogantur. Forensibus etiam a civitate sua sussum et visum usque ad fluvium Lynaw libertatem pascuę concessimus, quam etiam libertatem et in mansis suis colonis, sicut nos rogaverunt, dedimus. Nulli etiam colonorum 20 mansum suum vel agrum militi aut, qui miles sit futurus, dare vel vendere liceat. Quod, si quis facere presumpserit, tam vendens quam emens manso privetur et eam episcopus in suam proprietatem trahat. De quolibet autem colonorum manso omnium, que in eo elaborata fuerint, recta decima tam in agris quam in altibus, preterea scoccius, sed et in nocte nativitatē sanctę Marię virginis nobis et nostris successoribus duo dabantur solidi, 25 qua quoque die de qualibet curia in foro vi nobis sunt solvendi denarii. Ne quis autem successorum nostrorum posthac, quod absit, temere temptet infirmare hoc, quod communicato familiarium nostrorum consilio, pro edificatione ecclesię nostrę non parvo nostro impendio fecimus, quippe qui pro hoc beneficium Hermanni ministerialis nostri pene ducentis maris redemimus, hanc paginam conscribi subnotatisque testibus nostro sigillo 30 fecimus insigniri.

Testes autem hii sunt. Erborio prepositus de Worzin, eiusdem ecclesie canonici Burchardus, Gozmarus, Robertus. Matheus prior de Cella sanctę Marię. Siboldus de Burglin. Laici. Tammo de Lyzowe. Berchtoldus de Crepuwiz. Ministeriales nostri. Hermannus de Lybaniz et frater suus Heinrichus. Petrus capifer. Cŕuradus de Lyptiz. 35 Bezeliinus. Gunterus. Tŕidriens de Hoberch et fratres sui Cŕuradus et Heinrichus. Wernerus et frater suus Heinrichus. Rudegerus. Onolfus et frater suus Engelbertus. Hugolt et frater suus Hartmodus. Otto advocatus de Bove et alii quam plures.

Acta autem hec sunt anno dominię incarnationis $\frac{m}{1183}$ $\frac{c}{lxxxi}$ $\frac{v}{v}$, indictione i, presidente Romanę sedi domino papa Lucio iii, anno pontificatus ipsius iii, regnante domino 40 Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, anno imperii eius xxxi,

anno episcopatus nostri $\frac{2}{15}$, archiepiscopatus autem domini Wigmani anno $\frac{2}{33}$ ii, marchiam Misnensem Ottone, fratre suo Ditrico marchiam Ivzizensem regente. Quo etiam tempore dominus Fridericus imperator duos filios suos Mogontie militaribus balteis gloriose precinxit.

5 Ipso quoque anno rege expeditionem in Poloniam, pacem inter Mogontinum Cynradum et Lodewicum lantgravium disponente, apud Erpesfort trabibus domus pre vetustate contractis Fridericus comes Auenbergensis, Heinricus comes de Swarzburch, Gozmarus comes de Cygenhagene, Berengerus comes de Meldingen, Burchardus castellanus de Wartberch cum domo ruentes hen miserabili morte interierunt. (S.)

10

513.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bekundet die erfolgte Ausgleichung eines Streites zwischen seinem Verwandsen dem Dompropst (zu Naumburg) und Donkustos zu Magdeburg Dietrich und dem Vogt Gerbrecht hinsichtlich der Vogtei Rodenslebru. — Zeuge: Graf Dedo. 1185.

Blsch.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. S. an 3 rothschönen Schürsen. v. Müllerstoll, Reg. archiep. 1685.

15

— — Huius rei testes sunt. Rokerus Magdeburgensis maior prepositus. Theodericus Nuenburgensis ecclesie prepositus. Albertus archidiaconus. Gero vice dominus. Heinricus magister scholarum. Conradus frater burgravii. Lüdolfus prepositus. Syfridus de Anuorde. Heinricus Longus. Olricus prepositus ecclesie beate Marie. Fridericus Seburgensis prepositus. Laici quoque. Dedo comes de Groiz. Burchardus burgravius 20 Magdeburgensis et frater eius Geuehardus. Waltherus de Armenstein. Rodolfus de Ierichowe. Heinricus sculthetus Magdeburgensis. Heindeuricus de Burg et frater eius Couradus. Richardus de Aleslene et fratres eius Heinricus et Gumbertus. Iohannes de Ploth. Aluericus de Grabowe. Erenfridus dapifer. Wernerus marscalcus. Theodericus de Armensten. Nicolaus de Nigrebe. Heinricus de Dreinlene. Otto de Domesleue. 25 Hugoldus sculthetus de Calne. Theodericus de Ottersleue. Theodericus de Kalilo et alii quam plures. Actum anno dominice incarnationis MCLXXXV , indictione iii.

(S.)

514.

Landgraf Ludwig III. cignet dem Kloster St. Moritz zu Naumburg zwei Güter zu Daaendorf zu. — 30 Zeuge: Pfalzgraf Hermann, Bruder des Landgrafen. Eckardsberga, 1185.

Blsch.: Or. Perg. Gem. Ernestin. Archiv Weimar Reg. Oo S. 763 No. 6^a. Phot. H. St. A. Nr. wenig vom S. zu erkennen = Taf. XI. 2.

Gedr.: Schumacher, Nachr. V. S. 31.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. |

35

Ego tercius Ludewigus comes Thuringie unversis sancti Mauricii cenobii fratribus in Nuweubnrp iuperpetuum. Interest nostra non solum in presenti propulsare iniurias ecclesiarum sub iure nostri | patronatus degeintum, verum etiam, quacunq; cautione

possumus, eis providere in posterum. Quippe presentis seculi cupiditas et amoris insaciandi rapacitas alienis inestuat et, que bona fide et iusto titulo possidentur, exsufflare non formidat. Igitur notum esse volumus omnibus Christi fidelibus, quod de vestra petitione et consensu nostri ministerialis Godefridi in Duteleue accedente pro interventu pecunię, quam eidem contulistis, duos mausos collegio vestro in Dostorhf tradidimus ita quidem, quod prefatus Godefridus nua nobiscum traderet. Ob huius igitur rei immortalem memoriam ne in posterum per consequentium temporum*) ulli veniat in questionem et in dubium, presentem paginam vobis contulimus et impressione nostri sigilli confirmavimus adhibentes testes fratrem nostrum Hermannum palatinum et ministeriales nostros, Ekehardum de Gottere, Christianum de Ekehardisbere, Arnoldum de Novo Castro, Hermannum de Sulzee et fratrem eius. Data in Ekehardisbere anno dominicę incarnationis MCLXXXV, presidente in sede apostolica reverentissimo papa Lucio, imperante invictissimo Romanorum imperatore Friderico, presidente in sede Magontina archiepiscopo Conrado et primo eius archiepiscopatus anno. Ad habundantiorem etiam cautelam omnibus esse notum volumus, quod predictorum honorum traditionem vobis ita legitime contulimus, quod non solum prememorati Godefridi, verum etiam heredum suorum assensum requisitum adhibuimus.

(S.J.F.R.)

515.

Der Abt Heinrich I. des Klosters Berge bittet den Papst Urban III. den innerhalb seiner Diocese 20 in seinen Rechten vielfach gekrunkten Bischof von Meien zu schutzen. [1185.]

Handschr.: Cod. Vindobensis (Sicc. XII) fol. 58b. Bibliothek Wernigerode.

Geogr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, 61. Geogr. nicht wahrscheinlich zu machen, da der Brief in's Jahr 1185 gehort.

Der Brief ist bereits Cod. Sax. I. 1, 365 abgedruckt und dort auf Papst Urban II. bezogen worden, da nach Geogr. Ausfuhrungen, nach denen der Brief an Papst Urban III. gerichtet sein soll, nicht ganz uberzeugt haben. 25

[D]omino*) et patri spirituali Urbano sanctę Romanę sedis universali pape H[er]iciricus?] humilis abbas sancti Iohannis baptiste in Monte debitam obedientiam cum devotis orationibus et humili servitio. Ex quo divina providentia patrem pacis et gubernatorem ecclesie vos constituit, merito necessitates ecclesiarum ad sinum pietatis vestre referuntur. Ut vero pax earum violata est, auctoritate vestra consolidata repararetur et firma 30 persistat. Venerabilis Misnensis episcopus, quod clero suo resistente ecclesiam suam ordinare non posset et quod a manu laicali^{b)} multimodas oppressiones et iniurias sustineret, Magdeburgensi capitulo et confratribus suis episcopis, prelati et clero ecclesiarum frequenter conquestus est. Verum quia nimia contra eum persecutione prevalente, timore vitę ac etiam pro ecclesię suę honore conservando ad pedes misericordie et compassionis vestre confugit, 35 zelo compassionis sue et iniurię nec non consideratione honoris et utilitatis, quam in edifiis et in rebus ecclesię recolligendis ecclesię suę ostendit, pietati et excellentię^{c)} vestre

514. a) Schumacher erganzt spatium.

515. a) D fehlt fur eine einzuzeichnende Initialle. b) laicoll. c) excellentię.

pro ipso humiliter supplicamus, quatinus auctoritas et gratia vestra de iniuriis illatis ecclesie sue et ei satisfaciat et non sinat clericalis vel laicalis manus ita ei resistat, quin iura spiritualia libere in dispositione ecclesie sue possit exercere^{d)} et res temporales ecclesie sue pertinentes, quas^{e)} laici violenter a iurisdictione ecclesie nituntur evellere, quiete possit possidere et ecclesie conservare.

516.

Landgraf Ludwig III. befiehlt seinen Vögten, die dem Kloster Lippoldsberg gegebene Zollfreiheit zu beachten. [1182—1185.]

Hlschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. S. an Pergamentstreifen = Taf. XI. 2. Phot. H. St. A.

10 *Anm.: Die Urkunde gehört in die Zeit von 1182—1185, wo der Landgraf das an der Urkunde hängende Siegel führte.*

[Ludewicus] dei gratia Thuringie lantgravius villicis suis in Cruciburch et in Muude | gratiam suam. Claustrum sanctimonialium in Luippoldesberch situm in diebus patris | mei sub omni protectione in omnibus negotiis et utilitatibus suis deguit et in | eadem gratia et misericordia super congregationem illam devenit. Unde mando vobis
15 firmissime per gratiam meam precipiens^{a)}, quatenus prefati claustri legatos vidualia ad claustri necessitatem in civitatibus meis^{b)} ementes vel deferentes absque omni theloueo et exactione ire et redire libere sinatis indubitanter scientes, si contra preceptum meum in aliquo eos offenderitis vel exactionem in aliquo contra eos feceritis, indignationem et offensam meam incurretis et inreoperabiliter comparabitis.

20

(S.)

517.

In einer Schenkung des Herzogs Friedrich von Böhmen an den Deutschorden wird der zu Aussig vollzogene Verbindung Adelberts (in der Urkunde fälschlich Otto), Sohnes des Markgrafen Otto von Meißen, mit der Tochter des Herzogs gelacht. **Aussig, 1196 April 23.**

25 *Gedr.: Annales Hogeniani 6, 570.*

Ego Fridericus dei gratia dux Boemorum. Omnibus presentibus et futuris notum esse cupio, quod, cum anno domini incarnationis mclxxxvi, principatus vero mei x. die festivitatis beati Adalberti filiam meam marito traderem in Uzdt Ottoni filio Ottonis marchionis de Mizna, Martinus quondam prepositus Pragensis, nunc vero frater Ierosolymitanus et preceptor Ungarie, Boemie et omnium aliarum terrarum ab oriente et meridie et septentrione adiacentium, licentiam redenui Ierosolymam, de qua ante triennium fere manu missus huc fuerat, petere cepit. Ego autem animo revolvens, quam affectuose pater meus prefatum hospitale a principio sui principatus dilexerit, cui et multiples eleemosynas

515. d) exercere, exercee *iberschriften und auszestrichen.* e) quos.

86 516. a) m. p. auf *Ratur.* b) *meis auf Ratur.*

diversis temporibus contulit, simulque non sine cordis dolore retractans oppressionem, quam pagani nuperime terre Ierosolymitane intulerunt, ad sublevandum tante necessitati consilio uxoris mee domine Elisabeth de camera mea, quantum dominus inspiravit, secundum facultatem meam ei commisi atque ad petitionem omnium nobilium, qui aderam, villam, que dicitur Lessau, cum hominibus ibidem consistentibus predicto hospitali dedi. — — 5

518.

Bischof Eberhard von Merseburg überlißt dem Probst Dietrich auf Bitten Markgraf Dedos die Kirche und das Archidiaconat zu Rochlitz, soweit das letztere das Allod des Markgrafen umfaßt, wegen dieser dem Bischof die Marienkirche in Geithain und gewisse Güter zu Köthelitz und Staulwitz den Archidiaconat zu Rochlitz überlißt. — Zeugen: Die Markgrafen Dedo und Konrad.

Halle, 1186 April 29.

Hbsch.: Or. Perg. Regierungsurtheil Altenburg. S. Abt. an Pergamentstreifen. 1904. H. 81. A.

Gele.: Schultes, Dioc. dipl. 2317.

Ann.: Vergl. Fosse, Lehre von den Privaturt. S. 71 Anm. 3.

men et Swerheim a Reinbotone de Pingwia centum Lxxx marcis redemimus. Hechede-
heim a camerario Tutone cxx libris absolvimus. Monetam Frilari c marcis a langravio
15 et Geisinar iuxta Leinam, que cccc marcis obligata erant, absolvimus et hec omnia ad
utilitatem nostram habemus.

Hec sunt castra et possessiones, quas post reditum nostrum pecunia et labore
nostro ecclesie acquisivimus. Primo castrum Ebersberg cum redditibus L marcarum a
conuato nostro comite palatino Saxonie cc marcis emimus et rursum ei et uxori sue nepoti
20 nostre et filie in feodo dedimus. Castrum Wasungen cum burgo adiacente et silva et
reditibus xv librarum a domno ipsius castri Poppone emimus et ei et uxori sue et filie in-
feodavimus. Municioneum quoque Dobreschen cum silva adiacente et aliis attinenciis,
sicut empta fuerunt ccc marcis, ecclesie in proprietatem acquisivimus et marchioni O[ttoni]
infeodavimus. Wickersten quoque xxxiii marcis ecclesie in proprietatem acquisivimus et
25 comiti Gunthero infeodavimus. Predium quoque Calde cum attinenciis suis Lxv marcis
emimus et cuidam Alberto infeodavimus. Medietatem castri Holzhusum cum omnibus
possessionibus Wolknandi, que quondam ecclesie collate, postea alienate fuerunt, xxx marcis
recuperavimus, quas idem Volmandus tantum in vita sua tenere debet. Curtim in Guten-
berg xii marcis redemi, burgum quoque Milsungen cum attinenciis suis a comite palatino
30 de Turingia et uxore sua cccl marcis emimus et ad usum nostrum conservavimus. — —
Predium Langenhusen cum redditibus xx marcarum a comite Friderico fratre lantgravi
pro c marcis emimus et ei infeodavimus.

564.

*Bischof Bertold von Naumburg eignet auf Bitten des Markgrafen Dedo dem Kloster Ricca zwei
35 Hyfen zu Gohlia, zum Theil als Geschenk Heidenreichs von Röderau zur Herstellung der Dörfer
Röderau, Promnitz, Nutznitz (?) und Moritz.* [1186—1190.]

Händl.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 92 in 2 Exemplaren (A und B).

*Anm.: Die Urkunde ist ohne jedes Datum, sie ist jedoch in die Zeit von 1186—1190 zu setzen, da Bertold von 1186
bis 1206 Bischof von Naumburg und Dedo von 1185 bis 1190 Markgraf war. — Die Urkunde ist in zwei nur
40 unbedeutend abweichenden, sonst gleichlautenden Exemplaren von derselben Hand ausgefertigt, von daß in B die
Zeugen fehlen, welche in A von derselben Hand mit schwarzer Tinte zugefügt sind. Es wird deshalb anzunehmen
sein, daß die Aufführung der Zeugen von vornherein beabsichtigt war und die letzteren nur deshalb nachgetragen*

wurden, weil sie nicht in das Konzept aufgenommen waren. Es sind diese demnach Beurkundungszeugen, welche bei Fertigung der Kopie noch nicht feststanden. Bei A ist das S. des Bischofs (jetzt zerbrochen) links unten, Raum lassen für die Zeugen, aufgedrückt, bei B, dessen Text beginnt mit den Worten impressione — noverit, mit welchen die Urkunde schließt, auf die Rückseite geschrieben ist, erscheint das S. tief unten aufgedrückt und am Pergamentstreifen befestigt, um den Nachtrag zu ermöglichen, der aber hier unterblieben ist. Die Urkunde war demnach bis auf das S. 5 vorangefertigt, um dann öffentlich unter Verheiligung der Zeugen vollendet zu werden. Vergl. Ficker, Beiträge 1.85. 2.57 und Passer, Lektie von den Privaturk. S. 13 und 90.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego Bertoldus dei gratia sanctę | Nuemburgensis ecclesię episcopus: | tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, qualiter miles quidam || nomine Heithericus | de Retherowe conventionem factam cum preposito de Rezowe^{a)} de cura ecclesię in sua villa constructę et de beneficio | prestando hoc egit cum marchione Dedone et impetravit, quod duos mansos sui beneficii in villa, quę dicitur Goliz, quos et ipse marchio a nobis tenuit in beneficio, libere et absolute nobis resignavit ea conditione et rogatu, quod eisdem mansos ecclesię Rezowensi^{b)} ad usus ibidem deo famulantium conferremus dimidium pro restauratione illi^{c)} villarum scilicet Retherowe, Prominiz, Nutnize, Mordiz, ut respectum habeant de cura animarum et de sepultura ad eandem ecclesiam et ad sacerdotem, quem ibi presceverit prepositus et investierit, tam de cura quam de beneficio, quod sui iuris est, que filia est et esse debet suę matris ecclesię^{d)} scilicet Rezowe^{e)}. Alterum et dimidium idem prepositus comparavit ab eodem Heithenrico sedecim marcis. Libenti itaque animo 20 eadem bona recepimus et tam pro remedio animę nostrę quam pro petitione ipsius marchionis eidem cenobio contulimus et manu propria super altare sanctę Marię obtulimus, banno quoque nullo contradicente confirmavimus. Et ut supra rata sint et inconversa permaneant, quę fecimus, litteris pagine huius sigilli nostri impressione^{f)} signatis roborare curavimus. Si quis autem hec^{g)} infringere et sibi usurpare aliquid de bonis his scilicet 25 de omnibus, quę vel in villa vel circa villam sunt in agris vel in arboribus et arbustis pratis et pascuis vel in omnibus ad eundem Heithenricum prius pertinentibus, teuptaverit, anathemate perpetuo plectendum, nisi respiciat, se noverit. Horum testes sunt canonici de Nuemburg. Poppo et Heinricus. Gerardus sacerdos de Strale. Vthericus notarius episcopi. Tammo burcliravius de Strale et Vthelricus frater eius. Heinricus patruus eorum. Reinhardus de Lutimewiz et Ruthengerus frater eius^{h)}.

565.

Konrad, Markgraf der Ostmark, erklärt, daß die ihm als Stiftvogt in den der Propstei Zeit gehörigen Orten zustehenden weltlichen Befugnisse von ihm und seinen Nachfolgern nicht überschritten werden sollen. 1181 März 17.

Ullrich: Kop. Pap. Cap. Czeusse (Necr. XV.) fol. 11b. Stiftarchiv Zeit. Phot. H. S. A.

Gebr.: Lepsius, Bischöfe von Naumburg 1.262

Conradus dei gracia Orientalis marchio omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Scriptum est ‚Pacem et veritatem diligite‘; prouide que ad pacem et indemnitatem 40

564. a) Rezowe B. b) Riezowensi B. c) quatuor. d) ecclesię B. e) impressione B. f) hec B. g) Horum — etus f. ad B.

ecclesie sancti Petri in Cice et fratrum ibidem deo servitium pie et rationabiliter ordi-
 nata, item ut in posterum inconvulsa permaneant, sicut sunt celebrata verborum suffragio,
 ita perpetuanda sunt fideles scripture beneficio. Quam ob rem tam presentis quam future
 etatis fidelibus presentis scripture testimonio notum faciamus, quod pro remedio anime
 nostre ad multas preces et instanciam domini Bertoldi Nuemburgensis episcopi et pre-
 5 positivi Brunonis ac fratrum ecclesie Cicensis cum eisdem ecclesie prepositura gravi et
 intollerabili advocatorum exactione premeretur, conquerentibus hoc sepe et multum pre-
 posito, fratribus et colonis eiusdem prepositure hoc ipsum miserabiliter deplorantibus,
 presentibus et approbantibus et constanter hoc attestantibus quam pluribus beneficiatis in
 10 ministerialibus nostris et alii boni testimonii nostri hoc publice et solemniter protestati
 sumus, quod in advocacia prepositure Cicensis nulli unquam advocatorum aliquid aliud
 iuris recognoscimus, quam quod sequens docebit scriptura. Ter siquidem in anno ad-
 vocatus in predicta prepositura ad placitum sedebit loquens et agens cum hominibus
 stricto iure, quod vulgo dicitur iare, ita tamen, ut pro redemptione stricti iuris, sicut
 15 predecessores nostri hactenus statuerunt et nos firmiter observare volumus, de quolibet
 manso modius avene, qui vulgo dicitur lantskephel, et modius hyemalis frumenti et nichil
 amplius advocato annuatim persolvantur. Illud annexi placuit, quod advocatus non iudi-
 cabit quicquid, nisi tantum de effusione sanguinis, de furto, de incendio nocturno, de vi
 illata mulieri, de nudato capite femine, qui vulgo dicitur barehowet. Advocato sedente
 20 ad placitum prepositus vel nuncius suus ad latus eius sedebit, duas partes omnium con-
 quisitionum, que obvenerint, accepturus, advocato tantum terciam partem percipiente. Et
 nichil amplius iuris episcopus Nuemburgensis mihi vel successoribus meis recognovit, sed
 nec ego aliquid aliud iuris in eadem prepositura requiro. Hanc ergo nostre attestacionis
 paginam sigilli nostri inpressione signatam ad indelebilem huius rei memoriam Cicensi
 25 ecclesie concessimus statuentes, ut, quicumque advocatorum in iniuriam et contemptum
 huius scripti in prefata prepositura aliquid exegerit vel acceperit, contra omnem iusticiam
 se id fecisse noverit et nos ei super hoc nullam warandiam prestare volumus vel possu-
 mus, sed nec auctoritatem excedendi prescriptam formam alicui unquam dare volumus
 vel possumus. Datum xvi. kal. aprilis anno dominice incarnationis mclxxci, presidente
 30 Romane kathedre universali papa Clemente, regnante glorioso et invicto Henrico Roma-
 norum rege augusto feliciter, videntibus et audientibus testibus, quorum nomina hic
 annotata sunt. Bertoldo Nuemburgensi episcopo. Brunone Cicensi preposito. Alberto
 Puzaniensi abbate. Ottone decano Cicensi. Volcquino custodi Nuemburgensi. Reinhardo
 custodi Cicensi. Siffrido scolastico. Brunone Misnensi decano. Walrabno. Waltero
 35 cellarario. Magistro Lamperto canonico sanctorum apostolorum Colonie. Arnolodo.
 Theoderico. Marsilio. Canonis Cicensibus. Laicis vero Bertoldo de Schonenburg.
 Thimone et fratre eius. Henrico de Corun. Conrado de Hagenperg. Wiemannno et
 fratre eius. Helwico de Grotee. Iacobo de Grotee. Ottone dapifero de Grateen. Alberto
 Ambetmann. Volrado de Haen. Hugone de Hokenwalde. Rudolfo de Bunow. Wie-
 40 manno de Nonewicz. Alexio camerario. Ludewico de Crozue. Volrado de Belz.
 Gumberto et Conrado fratribus de Brunsewe. Volcwino de Zelesin. Henrico de Lustwicz.

Gerhardo piucerna de Birken. Vlrico de Sabasow. Hartwico. Ludewico. Henrico fratribus de Predil. Henrico minori de Rosewaz. Enfrido de Lewin. Bernharde de Trewetzen. Bernharde de Vesta. Conrado de Kunriez. Conrado de Wloch. Eckharde de T'uchern. Enone de Strenewicz.

566.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt den Besitz des Klosters Marienthal. — Zeuge: Graf Dietrich von Sommerschenburg. 1191.

*Hbchr.: Or. Perg. Landesbauptarchie Wolfenbüttel. S. an rotgelben Seidenstückchen.
Gedr.: Leyser, Disp. de Laudine 4. v. Mühlentst., Reg. archiep. 1755.*

— — adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec. Rokerus Magdeburgensis maior prepositus. Ludolfus decanus. Conradus frater burgravii et prepositus ecclesie beati Nicolai. Albertus camerarius. Henricus magister scoliarum et prepositus ecclesie beati Sebastiani. Gero vicedominus. Olricus prepositus ecclesie beate Marię. Guntherus abbas cenobii in Iuterbok. Laici quoque. Theodericus comes de Sumersenburg. Theodericus de Anvorde et Wernerus frater eius. Otto de Hartbik et frater eius 15 Fridericus. Hildebrandus marscalcus. Ekbertus de Wanzlove. Alradus de Edekerslove. Sifridus Stakebringh. Basilius de Samerstorp et Heidenricus filius eius. Gero de Linburg. Wernerus de Thuchem. Philippus de Iuterbok et alii quam plures clerici et laici. Actum anno dominice incarnationis M̄C̄LXXVI, indictione viii.

(SFR.)

20

567.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg übereignet dem Stift St. Petri und Nicolai in Magdeburg den Zehnten in Bistorf, welchen Hugold von Calbe, Lehmann des Erzbischofs, dem genannten Stift für 30 Mark Silber verkauft und dem Erzbischof resignirt hatte. — Zeuge: Graf Dietrich von Sehhusen (Sommerschenburg). 1191. 25

Hbchr.: Kop. eccl. s. Nicolai No. LVIII fol. 3. Staatsarchie Magdeburg. v. Mühlentst., Reg. archiep. 1755.

— — adhibitis convenientibus testibus, quorum nomina sunt hec. Rotkerus maioris ecclesie prepositus. Ludolfus decanus. Albertus camerarius. Gero vicedominus. Henricus prepositus sancti Sebastiani. Conradus prepositus sancti Nicolai. Fridericus. Albertus. Conradus magister. Degenhardus custos. Onolfus. Albertus canonici eiusdem 30 ecclesie. Comes Theodericus de Sehhusen. Bruno de Direberch. Iohannes de Plote. Richkardus de Alsleue. Henricus prefectus de Magdeburgh. Gerebertus advocatus. Cristianus de Geuekinstein. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis M̄C̄C̄I, indictione ix, concurrente i, epacta xxiii.

568.

König Philipp August von Frankreich nimmt deutsche Ritter, die in Palästina sich befinden, in seinen Sold, deren Namen seinen Suchesaltern durch Dietrich von Meißen genannt sind.

Bei Acon, 1191.

- 5 *Hdschr.: Cod. lat. 17803 fol. 2. No. 1. Nationalbibliothek Paris. (Nach Abschrift, durch gütige Beihülfe von Monsi.) S. des Königs an grüner und rother Seide.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Philippus dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod propter grata obsequia, que quam plures Germanie milites in partibus terre Orientalis nobis et nostris prestiterunt, concessimus et volumus eosdem milites, quorum nomina per karissimum nostrum Theodericum dominum de Misia procuratoribus nostris super hoc constitutis specialiter in scriptis data fuerunt, ad vadia nostra durante ipsorum eisuarino servicio retinendos esse et etiam, si opus fuerit, garrandie nostre beneficio esse fruturos pro quibuscumque mutuis per eosdem contrahendos usque ad summam pecunie per supra dictos procuratores nostros statuendam. Quod ut firmitatis robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius adnotato presentem paginam iussimus communiri. Actum apud Acon anno incarnati verbi sic nonagesimo primo, regni nostri anno duodecimo, astantibus in palacio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa dapifero nullo. S. Guidonis buticularii. S. Mathei camerarii. S. Radulphi constabularii; data vacante (M.) cancellaria.

20 (S.)

569.

Landgraf Hermann bestätigt dem Kloster Homburg einen Kauf von 3 Hufen Land zu Eckersleben, welche dasselbe von Heinrich, dem Ministerialen des Landgrafen, erkauf hat. 1191.

- Hdschr.: Kop. des Kl. Homburg, Stadtarchiv Langensalza.*
25 *Geogr.: N. Mittheil. aus dem Geb. hist. antiq. Forsch. 7. Heft 4. S. 51.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Decet omnem terrestrem potenciam servorum dei equis petitionibus acquiescere et iusta deoque placita desideria, ut ad effectum permovere, annuere. Huius rei gracia ego Hermannus landtgravius Thuringie Iudite Romanorum quondam imperatoris Frederici sororis filius dei gracia landtgravius Thuringie palatinus Saxonie et comes Hassie notum volo esse universitati in Cristo fidelium tam modernorum quam futurorum, abbatem Ludewicum virum venerabilem zelo pietatis ad honorem dei et ecclesie Homburgensi, cui presidet, ad consolacionem emisse tres mansos et dimidium in villa, que dicitur Eckersleben, contra Henricum meum ministerialen de Gebesa, cui vendicioni ego Hermannus et amore dotandamm ecclesiarum et rogatu ipsius Henrici mei ministerialis de Gebesa annui vel potius approbavi. Igitur, ut omne discidium, quod possit exhibere tam nostris quam futuris temporibus exoriri, dirimeretur, et ego et

Henricus meus ministerialis de Gebesa cum universis heredibus suis ecclesie Homburgensi in honore dei et sancti Cristophori consecrate quieta pace possidendos ipsos mansos, quitquit nobis in eis iuris fuit, abrenunciando contulimus. Ut autem inconvulsa et rata permaneat hec possessio, per paginam presentem eam institui corroborari et sigilli nostri impressione communiri coram testibus subscriptis, quorum primus est comes Elegerus advocatus ecclesie. Theodericus burgkgravius Orlamunde. Lutolfus de Berstedte. Volradus de Krauel. Echardus*) scriptor et capellanus. Eghardus de Gutern. Berthous de Schlotheym et filii eius Guntherus dapifer et Konemundus. Henricus marschaleus. Beringerus de Meldingen. Gottefredus de Dutelewen. Conradt de Nanheilingen. Hermannus de Thoma. Otto de Thungisbrucken et alii quam plures libere conditionis et 10 ministeriales. Data autem sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXXI, indictione nona, regnante Romanorum imperatore Henrico Frederici imperatoris filio; feliciter amen.

570.

König Heinrich VI. bestätigt die Urkunde Kaiser Friedrichs I. von 1157—1158 Februar 2 (vergl., Stumpf 4536), wodurch die Grafschaft Chiavenna dem Herzogthum Schwaben einverleibt wurde. — 15 Markgraf Albrecht. Hagenau, 1192 Febr. 15.

Geogr. Mohr, Col. dipl. 1, 229. Stumpf 4735.

Anm.: Gegen die eingerückte Urkunde sind von Böhmern und Stumpf Bedenken erhoben worden. Es scheint sich höchstens um Interpolationen oder Korruptionen zu handeln, welche den Hauptinhalt unberührt lassen. Vergl. Ficker, 20
Ital. Forschungen 2, 197 und Mohr a. O. Nachricht S. V.

— Huius rei testes sunt. Cunradus Maguntine sedis archiepiscopus. Otto Babenbergensis episcopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Henricus Argentinensis electus. Albertus marchio Misnensis*). Otto palatinus comes Burgundie. Ulricus comes de Burga. Henricus marschaleus de Calandia. Henricus de Luna pincerna. Rodulfus de Vazze. Ulricus de Iunalt. Andreas de Marmore. Rodulfus de Rauphuillere. Otto bellus de Mediolano et Arnoldus de Placentia imperialis curie indices. Henricus potestas. Andreas consul Clauenne. Laurentius eiusdem loci legatus et alii complures.

Signum domini Henrici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Cunradus Maguntine sedis archiepiscopus et Germanie archicancellarius recognovi vacante cancellaria. 30

Actum anno incarnationis dominice MCLXXXII, indictione x, regnante domini Henrico vi. Romanorum imperatore invictissima et semper augusto, anno regni eius xxii, imperii vero primo; datum per manum Sigeloi^{b)} imperialis aule protonotarii apud Hagenoue xv. kal. martii; feliciter amen.

569. a) erhardus.

570. a) Unshnensis. b) Sigelosi.

571.

Kaiser Heinrich VI. schenkt dem Erzbischof Wichmann von Magdeburg die Burg Haldensleben, Hof und Abtei Königshutter nebst andern aufgeführten Gütern Herzog Heinrichs (des Löwen) von Braunschweig. — Zeugen: Markgraf Albrecht und dessen Bruder Graf Dietrich.

5 **Gelnhausen, 1192 Juni 1.**

Gebr.: Gercken, Cod. dipl. Brandenburg. 4,432 (nach Cod. chart.). Stumpf 4746.

Ann.: Die Urkunde ist nicht zu Gelnhausen, sondern nach den Zeugen erst im Anfang Dezember zu Altenburg ausgestellt. Das Datum bezieht sich auf die Hinfahrt. Vergl. Ficker, Beiträge 1,161. 163. 2,347. 497 und Forsch. zur Deut. Gesch. 9,544 Anm. 4.

10 — — Huius rei testes sunt. Henricus Pragensis episcopus. Theodoricus Misnensis episcopus. Odocarus dux Bohemorum. Albertus marchio Misnensis et frater eius Theodoricus de Wizenueles. Sifridus comes de Orlamunde. Rupertus de Dume. Albertus de Droiez. Cuno de Minzenburg. Marquardus dapifer de Ane . . . Henricus de Wyda et alii quam plures.

15 Signum domini Henrici VI Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt haec anno dominice incarnationis M^oCCII, indictione X, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIII, imperii II; datum apud Geilenhusen per manum Sigiloi imperialis aule protonotarii kal. iunii vacante cancellaria.

20 **572.**

Kaiser Heinrich VI. gestattet auf Bitte des Erzbischofs Konrad I. von Mainz die Ehe zwischen Reichsministerialen und jenen des Erzstiftes. — Zeuge: Markgraf Albrecht. **Worms, 1192 Aug. 29.**

Hilscr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. Das an grünverfärbten Seidenfäden anklingende S. verloren.

Gebr.: Mon. boica 29*, 464. Stumpf 4767.

25 — — Huius rei testes sunt. Iohannes archiepiscopus Treuerensis. Hermannus episcopus Monasteriensis. Cynradus Argentiuensis episcopus. Cynradus palatinus comes de Rheno. Henricus dux Louanie. Albertus marchio Missensis. Sigehardus abbas Laurissensis. Arnoldus prepositus maioris ecclesie Maguntine. Burchardus prepositus sancti Petri. Henricus abbas sancti Albani. Theodericus prepositus superioris Traiecti.

30 Fridericus prepositus sancti Thome in Argentina. Henricus maior decanus in Maguntia. Rüggerus custos. Petrus scolasticus. Godefridus cantor. Theodericus comes de Hohenstaden. Henricus comes de Spanheim. Henricus comes de Sarebruggen. Gerlaeus comes de Feltenze. Bertholdus comes de Dietse. Godefridus comes de Veihingen. Bertholdus de Scowenburg. Hartmannus de Budingem. Wernherus de Russewag.

35 Geringus de Hehenriet. Cuno de Minzenbere. Henricus pincerna de Lutra. Sifridus de Lapide et filius suus Wolframus. Dudo de Wizenowe. Dudo de Birgestat. Drusardus camerarius Spirensis et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M C LXXXII, indictione X, anno regni eius XXII,

Signum domni Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.:

reguante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore invictissimo, imperii vero II.
(M.) Ego Conradus Maguntine sedis archiepiscopus et totius Germanie cancellarius recognovi. 5
Data Wormatic III. kal. septembris.
(SD.)

573.

*Kaiser Heinrich VI. bewilligt dem Abte Wilckind von Corvey und seinen Nachfolgern die im Gebiete der dortigen Kirche befindlichen Gold-, Silber- und anderen Metallgruben sowie Goldwäsen. — 10
Zeugen: Markgraf Albrecht und dessen Bruder Dietrich. Nordhausen, 1192 Okt. 21.*

Hdschr.: Or. Pery, Staatsarchiv Münster.

Geogr.: Wilmann-Philippi, Kaiserzeit. der Prov. Westfalen 2, 243. Stumpf 4775.

Ann.: Die Zeugen schlossen später zugefügt zu sein.

— — Huius rei testes sunt III. Lindolfus Madeburgensis archiepiscopus. 15
) Mersburgensis episcopus. Berno Hyldenesheimensis episcopus. Thidericus Halberstadensis episcopus. Bernhardus dux Saxonie. Athelbertus marchio de Misne et frater eius Thidericus. Comes Athelbertus de Werningerothe. Comes Henricus) de Regensten et frater suus. Comes Sifridus de Bl[an]kenburg. Comes Frithericus de Bichelinge. Comes Athelbertus de Everstein et alii quam plures. Acta sunt hec anno 20 dominice incarnationis M C XCII, indictione XI, anno imperii nostri post mortem serenissimi patris nostri III.

Data Northusen XII kalendas novembris.

(SD.)

574.

25

Kaiser Heinrich VI. nimmt das von seinem Vater gestiftete Hospital zu Altenburg mit dessen Besitzungen in seinen Schutz und schenkt ihm die Kirche zu Altenkirchen mit Zubehör. — Zeugen: die Markgrafen Albrecht und Konrad. Bei Altenburg, 1192 Nov. 20.

*Hdschr.: Or. Pery, Hauptstaatsarchiv Dresden No. 89. Böhmers Bemerkung, daß zwei Originale vorkommen seien, ist dahin zu berichtigen, daß das eine Stück Kopie (Sacr. XIV) ist. S. an rotkeiliger Sehne = Heffner IV. 58. 30
Vergl. Posse, Lehre von den Privatrecht, S. 39.*

Geogr.: Böhmer, Acta imperii selecta I. 168. Stumpf 4785.

— — Huius rei testes sunt. Heinricus Pragensis episcopus. Rudolfus Verdensis episcopus. Bertoldus Nuwenburgensis*) episcopus. Eberhardus Mersburgensis episcopus.

573. a) Lücke für Everhardus. b) Mohlerstelle.

574. a) B. N. auf Basse.

Lanfrancus Pergamensis episcopus. Cunradus dux Swenorum. Luipoldus dux Austrie. Albertus marchio Misnensis. Cunradus marchio de Landesbere. Sifridus comes de Orlamunde. Albertus comes de Bogen. Rupertus de Durne. Cuno de Minzenberc. Tiemo de Cholditz et alii quam plures.

5 ¶ Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis m̄cc̄x̄c̄ii, indictione decima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xx̄ii, imperii ii.

10 Ego Cunradus Moguntine sedis archiepiscopus et totius Germaniæ archicancellarius recognovi.

Datum apud Altimbure per manum Sigeloi imperialis aule prothonotarii xii. kalend. decembris*).

(S.)

575.

15 *Kaiser Heinrich VI. überläßt dem Kloster Buch auf Bitten seines Stifters, des Burggrafen Heinrich von Leinzig, die Pfarre zu Leinzig, wogegen letzterer die Pfarre zu Eichstädt dem Reiche abgetreten hat. — Zeugen: Markgraf Albrecht und dessen Bruder Graf Dietrich. Bei Altenburg, 1192 Dez. 1.*

Hüsch.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 101. Das an weiß-grün-rothen seidenen Fäden hängende S. ist beschädigt = Heftner IV. 38. Vergl. Ponce, Lehre von den Privatrk. S. 26.

20 *Gedr.: Schöngen und Kreyzig, Diplomataria 2, 171. Stumpf 4786.*

— — Huius rei testes sunt. Henricus Pragensis episcopus. Bertoldus Nuwburgensis episcopus. Theodericus Misnensis episcopus. Cunradus dux Swenorum. Sifridus comes de Orlamunde. Albertus marchio Misnensis et comes Theodericus frater eius. Albertus comes de Weringerode. Rupertus de Durne. Walterus de Arnsteine. 25 Meinerus de Wirbine. Albertus de Droize*). Cuno de Minzenberc. Harmannus de Butingen. Heinriens marscalcus de Callendin et alii quam plures.

¶ Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Cunradus Moguntinæ sedis archiepiscopus et totius Germaniæ archicancellarius recognovi.

30 Acta sunt hec anno dominicæ incarnationis m̄cc̄x̄c̄ii, indictione decima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xx̄ii, imperii vero secundo;

datum apud Altimbure per manum Sigeloi imperialis aule prothonotarii kalendas decembris*).

35

(S.)

574. a) Altimbure, Sigeloi und prothonotarii, sowie der Tag anscheinend nachgetragen.

575. a) A. de D. nachgetragen. b) apud Altimbure, Sigeloi, prothonotarii und Tag nachgetragen.

576.

Kaiser Heinrich VI. restituirt dem Kloster Bosa die Kirche zu Zeiekau, sowie verschiedene andere Güter. — Zugun: Die Markgrafen Konrad und Albrecht. Bei Merseburg, 1192 Dez. 8.

*Hbschr.: Kop. Perg. Chart. Bosa. (Sacr. XF.) S. 39. Kgl. Bibliothek Dresden.
Gedr.: Schützgen und Kreyzig, Diploma. 2.437. Stumpf 4787.*

5

— — Huini rei testes sunt. Bertoldus Nuemburgensis episcopus. Euerhardus Merseburgensis episcopus. Conradus dux Swenorum. Bernhardus dux Saxonie. Hermannus lanegravins Thuringie. Otto marchio de Brandenburg. Albertus marchio Misnensis. Conradus marchio de Landesberg. Sifridus comes de Orlamunde. Albertus comes de Werningenrode. Rupertus de Durne. Cuno de Minzebere. Henriens marscaleus 10 de Collendin et alii quam plures fide digui.

Sigum domini Heurici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Conradus Moguntinensis sedis archiepiscopus et totius Germanie archicancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M̄C̄XC̄II, indictione decima, regnante 15 domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXII, imperii secundo: datum apud Mersburc per manum Sigeloi prothonotarii vi. idus decembris.

577.

Abt Siegfried zu Hersfeld bekennt, daß ihm Landgraf Hermann das Schutz- und Vogteirecht über die Abtei Burgbreitungen abgetreten habe. 1192. 20

*Hbschr.: Or. Perg. Gem. Hunsberg. Archiv Meiningen. Ist in neuerer Zeit verloren.
Gedr.: Kuchensbecker, Anal. Hssa. 12.325.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Sigfridus dei gratia abbas ecclesie Hersfeldensis. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter nos abbas in Burgbreitungen de manu Hermannii lantgravii Thuringie et palatini Saxonie ecclesie 25 Hersfeldensi acquisiverimus. Tradidit enim nobis idem Hermannus una cum coniuge sua Sophia locum illum cum advocatia et omni iure et cum omnibus loco illi pertinentibus, quatenus ad obtinenda beneficia illa, que post obitum fratris sui Ludewici lantgravii nobis bonam voluntatem nostram sibi reconciliaret. Igitur cum locum illum quiete et sine contradictione possidemus, visum nobis fuit honestum et utile, quatenus loco eidem 30 consulendo in futurum prospiceremus et ut monastica religio et nomine et titulo abbatis et maxime servitium divinum, quod hactenus ibidem satis decenter flourerat, sub patronatu ecclesie nostre in domino Habito itaque fratrum, fidelium quoque et ministerialium ecclesie nostre consilio testibus subter notatis presentibus ita ordinavimus et statuimus, quatenus defuncto abbate suo fratres loci illius liberam habeant potestatem 35 eligendi inter suos abbatem, si idoneum invenerint, si minus in loco Hersfeldensi, quoniam quidem locus non due sed una sunt ecclesia, abbatem sibi eligant. Quodsi nec ibi sibi idoneum invenerint, liberum sit eis indecunque locorum abbatem sibi assumere ita tamen

ut, undecunque legitime et canonice electum nobis successoribus nostris, quicumque illis temporibus loco nostro preesse contigerit, offerant confirmandum. Quodsi plerumque contingit, omnes in unam personam non consenserint, ad sopiendam discordiam illam abbas Hersfeldensis vocetur et assumptis religiosis deum timentibus viris electione assideant, discordantes ad concordiam revocare studeant et in bono pacis componant, ita ut per omnia secundum timorem dei et monastice professionis consequentiam abbas eligatur et confirmetur. Statuimus etiam, ut nulli de successoribus nostris neque nobis ipsis neque abbatibus loci illius liceat committere vel alienare sub nomine feudi vel cuiuscunque beneficii de mobilibus vel immobilibus eiusdem loci. Ad noticiam loci illius super bona Franconie, que per concanbium quindecim talentorum in villa Golmetlusen de manu Ludewici de Franckenstein absoluta cognoscitur, que villa eiusdem loci prius extiterat a nobis et a nostris successoribus pleno iure sibi concessa, abbates sepe dicti loci communi manu teneant suta eo tenore, ut ea in usus ecclesie sue reservent et neque abbates ecclesie nostre neque abbates loci illius eam quoquo modo alienandi habeant potestatem. Si quis hec infregerit, iram dei omnipotentis et perpetuam damnationem se incurrisse noverit. Super hanc expresse veritatis noticiam paginam presentem conscribi fecimus et, ut rata et inconversa semper manere possit et debeat, eam sigilli nostri impressione roboravimus. Testes. Waltherus abbas sepe taxati loci cum fratribus suis. Ecclesie nostre testes sunt hi. Dudo prepositus de domo. Eckhardus decanus. Suigerus prepositus in Meulchen. Prepositus sancti Petri. Walderus camerarius. Couradus portarius. Bruno camerarius fratrum. Crafft. Lantgravii liberi homines. Fratres illi de Franckenstein, Sibotho, Ludewicus et Godowaldus. Megehardus de Dornberg. Vdescaleus de Widensenfordff. Ludewicus comes de Warbnrg. Adelwertus filius Ludewici de Franckenstein. Rentwicus de Hoenberg. Burckhardus de Hoenberg. Ministeriales Fuldensis ecclesie. Gottfridus et Heroldus de Heringen. Henricus et frater eius de Arnolfo et alii quam plures tam nostre quam Fuldensis ecclesie ministeriales. Ministeriales lantgravi. Regehardus de Driffordia. Eckhardus de Guntern. Tudo de Rodenburgk. Gunthernus dapifer. Henricus pincerna. Henricus marscaleus. Hermannus camerarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione decima, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Henrico semper augusto, anno imperii eius primo.

578.

Kaiser Heinrich VI. überläßt dem St. Marienstift zu Utrecht den Zoll zu Schmitthausen. — Zeugen: Landgraf Hermann, sowie die Markgrafen Konrad und Albrecht. Koblenz, 1193 (Juni 14).

35 *Hluchr.: Liber pilonis (Sæc. XV.) S. 153. Staatsarchiv Utrecht.
Gebr.: Binkam, Chartreboek der Hertogen van Gelderland 1,253. Stumpf 4819.
Anm.: In der Tagesdatierung ist verrieben iunij statt iulij.*

— — Huius rei testes sunt. Iohannes Trevirensis archiepiscopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Henricus Wormaciensis episcopus. Hermannus lantgravius Thuringie. Conradus marchio de Landesborch. Albertus marchio Misnensis. Gerardus

comes de Loin. Otto comes de Gelre. Fredericus borgravius de Nnrinberc. Adolfus comes de Scomberc. Albertus comes de Werningrode. Gevehardus borgravius Medeburgensis. Hermannus comes de Ravinsbere. Henricus de Kūic et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^cXCII, indictione XI, regnante domino^o 5 Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIII, iniperii vero secundo; feliciter amen; datum Confluencie XVII. kalend. iunii.

579.

Kaiser Heinrich VI. erwirbt von den Großen Dietrich von Hochstaden und Gerard von Ahr mittelst Tausches gegen die Hälfte des Reichsschlusses Nürnberg das Schloß Ahr, stellt ihnen dasselbe zurück, 10 um es dem Erzbischofe Bruno von Köln, zur Belohnung für die dem Reiche geleisteten Dienste, zu Lehn aufzutragen, und bestätigt den Bürgern von Köln, Neuß u. a. erzbischöflichen Städten das Privilegium, zu Boppard nur den alten Zoll zu entrichten und zu Kaiserswerth zollfrei zu sein. — Zeugen: Landgraf Hermann, sowie die Markgrafen Albrecht und Konrad. Bei Worms, 1193 Juni 28.

Hchr.: Or. Perg. Staatsarchiv Köln. S. an grün-weiß-roten Seitenfäden = Heffner IV. 28.

Gebr.: Lacombe, Niederrhein. Urkundenb. 1376. Annotat. des hist. Ver. f. d. Niederrh. 4187. Stumpf 4820.

Ann.: Ficker, Beiträge 1.263, hält die Zeugen für Zeugen der Heiwallung in Koblenz (Stumpf 4819).

— — Huius rei testes sunt. Iohannes Treverensis archiepiscopus. Otto Frisingensis episcopus. Uđelscalcus Augustensis episcopus. Dithalmus Constantiensis episcopus. Henricus Wormatiensis episcopus. Cunradus abbas de Lacu. Gozwimus abbas de Monte. 20 Cunradus Goslariensis prepositus. Adolfus maior in Colonia prepositus. Bruno prepositus de Gradibus. Tirricus prepositus sanctorum apostolorum. Cūnradus palatiūis comes Reni. Hermannus lautgravius Thuringie. Albertus marchio Misnensis. Cunradus marchio de Landesbere. Henricus dux Lovanie. Henricus dux de Limburch et filii eius Henricus et Walramus. Adolfus comes de Seowenburc. Albertus comes de Werningerode. 25 Guntterus comes de Keverinbere et filius eius Gunterus. Gevardus burgravius de Megedeburc. Emecho comes de Liningen. Fridericus burgravius de Nūrenbere. Godefridus comes de Vchingen. Boppo comes de Wertheim. Henricus comes de Seine. Wilhelmus comes Inliaecensis. Fridericus comes de Vienne. Henricus comes de Keste. Gerardus comes de Lon. Symon comes de Teckeneburc. Heinricus comes de Spanheim et fratres sui 30 Albertus et Lodowicus. Henriens de Vroizbreth. Walterus, Bertoldus, Gerardus de Wassenbere. Gerardus de Grintberc. Gerardus de Dfst. Rutgerus de Mereheim. Wilhelmus de Hemersbach. Henricus burgravius Coloniensis. Hermannus advocatus Coloniensis. Hermannus camerarius. Wilhelmus Solidus. Lambertus de Wintre. Antonius de Blense. Volcquin Stempel et alii quam plures. 35

579. o) domino domino.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris gloriosissimi. (M.)

Acta sunt hec regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo,
anno regni eius xxiii, imperii vero iii,
anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo iii, indictione undecima;
5 datum apud Wormatiam iii. kalendas iulii.

(S.)

580.

Kaiser Heinrich VI. nimmt den Patriarchen Gottfried von Aquileja in Schutz und bestätigt die Privilegien seiner Kirche. — Zeuge: Markgraf Albrecht. Gelnhausen, 1193 Dez. 10.

10 *Gebr.: Muratori, Script. 16, 98. Stumpf 4841.*

— — Et testes sunt. Bertholdus Nunebergensis episcopus. Valcerus Troianus episcopus. Albertus marchio Misnensis. Albertus dux de Terg. Albertus comes de Werchen. Fridericus comes de Bicheligen et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

15 *Data sunt hec anno dominice incarnationis mxcxii, indictione xi, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore victoriosissimo, anno regni eius xxiv, imperii vero iii; datum apud Volchnaseri per manum Sigelloi imperialis aule protonotarii quarto idus decembris.*

581.

20 *Erzbischof Konrad I. von Mainz bestätigt die Stiftung des Klosters Kapelle. — Zeuge: Landgraf Hermann. 1193.*

*Ulschr.: Or. Prag. Landesarchiv Saubershausen. Ohne S. (war wohl nie beigeht).
Gebr.: Michelsen, Col. Thur. dipl. 13. Böhmcr - Will, Mainzer Regesten XXX, 287.*

— — Huius rei testes sunt persone religiose et viri illustres. Arnoldus Magun-
25 tine maioris et Erfordensis ecclesie prepositus. Borchardus Icheburgensis ecclesie prepositus. Gervicus sancti Severi prepositus. Lutherus beate Marie in Erfordia decanus. Ionathas eiusdem ecclesie scolasticus. Cristanns cantor. Ludewicus canonicus. Gerlaeus canonicus. Hermannus notarius ipsius archiepiscopi. Item dominus lautgravius Turingie Hermannus. Comes Ludewicus de Lara. Comes Elgerus de Honsteyn. Godeboldus
30 burgravius de Nuenburg. Bertoldus vice dominus. Wernerus iuxta ecclesiam sancti Manricii.

Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis m̄ c̄ x̄ c̄ iij, indictione xi . . .^{b)}.

581. a) sunt überschrieben. b) sic!

582.

Kaiser Heinrich VI. nimmt das Kloster Waldbussen in seinen Schutz. — Zeuge: Landgraf Hermann.
Bei Würzburg, 1194 Jan. 29.

Höhe: Cop. evl. der Bischöfe von Konstanz und Basel (d. d. 1300 Mai 12) (A) und Kopial von Waldbussen (Sacc. XIII) fol. 15 (B). Reichsarchiv München, Gedr.: Mon. boic. 31, 452. Stumpf 4846.* 5

— — Huius rei testes sunt. Conradus^{a)} Maguntynensis^{b)} episcopus. Adolphus Colonyensis^{c)} electus. Henricus^{d)} episcopus et dux Bohemie^{e)}. Otto Babenbergensis^{f)} episcopus. Hermanuus Monasteriensis episcopus. Eberhardus^{g)} Merseburgensis episcopus. Bertramms^{h)} Mezeensisⁱ⁾ episcopus. Henricus^{d)} Wirzeburgensis^{b)} episcopus. 10 Theodericus^{j)} Mysenensis^{m)} episcopus. Conradus^{a)} Ratisponensis episcopus. Rudolphus Verdensis episcopus. Otto Frisingensis episcopus. Wulfgerusⁿ⁾ Patauensis episcopus. Conradus palatinus comes Reni. Lupoldus dux Austrie. Bonifacius marchio Montis Ferrati. Bertoldus dux Meranensis. Otto langravinus de Stevenyngen. Hermannus langravinus Turingie^{o)}. Henricus^{a)} de Brunisswich^{p)}. Rupertus de Durne. Cuno de Mincembere et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis m̄cc̄x̄c̄m̄, indictione duodecima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius vicesimo sexto, imperii vero iii: datum apud Wirzeburch^{q)} per manum Sigeloi^{r)} prothonotharii^{s)} iiii. kal. febr. 20

583.

Kaiser Heinrich VI. nimmt das Kloster Steterburg in seinen Schutz. — Zeugen: Die Markgrafen Albrecht und Konrad.
Bei Saalfeld, 1194 Febr. 28.

Höhe: Cop. Perg. Liber monast. ss. Christophori et Iacobi Steterburgensis (Sacc. XIV) fol. 93. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel, Gedr.: Mon. Germ. 16.228. Stumpf 4849. 25

— — Huius rei testes sunt. Conradus Moguntinus archiepiscopus. Ludolfus Magdeburgensis archiepiscopus. Berno Hildensemensis episcopus. Euerhardus Mersburgensis episcopus. Gardolfus Halberstadensis episcopus. Conradus Aquensis prepositus. Conradus comes palatinus de Reno. Bernardus dux Saxonie. Conradus marchio 30 de Landesberch. Albertus marchio Misnensis. Fridericus burceravius de Nurenberch. Adolphus comes de Seowenburch. Genchardus burceravius Magdeburgensis et alii quam plures.

582. a) Conradus B. b) magunt B. c) colon B. d) henricus B. e) boem B. f) babenberg B. g) ewerhardus B. h) bertramms B. i) mettensis B. j) wirzeburg B. k) thidericus B. m) misnensis B. n) wulfgerus B. o) thuringie B. p) bruneswich B. q) wirzebure B. r) sigeloy B. s) prothonotharii B.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis m̄cc̄xxiii, indictione xii, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xxiiii, imperii vero tercio, apud Salfelden per manum Sygloi imperialis aule prothonotarii, ii. kalendas marcii.

5

584.

Kaiser Heinrich VI. bestätigt dem Biethum Bamberg die Schenkung genannter Allodgüter Ottos von Lobdurg. — Zeugen: Markgraf Albrecht, Nürnberg, 1194 März 18.

Blüchr.: Ur. Perg. (A) und gleichzeitige Kopie Perg. (B) Reichsarchiv München. Das an rotgelben Seidenfäden angehängte N. = Heffner IV, 38.

10 *Gebr.: Mon. boica 29*, 479. Stumpf 4851.*

Ann.: Wegen der Fälschung und der Zeugen vgl. Ficker, Beiträge I, 133 und 267.

— — Huius rei testes sunt. Henricus^{a)} dux et episcopus Boemorum. Otto Babenbergensis episcopus. Otto Frisingensis episcopus. Cunradus Tridentinus episcopus. Everardus^{b)} Mersburgensis episcopus. Cunradus comes palatinus de Reno. Cunradus 15 dux Swevorum. Albertus marchio Misnensis^{c)}. Fridericus burcravins de Nurebere. Fridericus comes de Abenbere. Boppo comes de Wertheim. Eberardus^{d)} marscalcus de Anehoz et alii plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi: (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis m̄cc̄xxiii, indictione xii, 20 regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xxiiii, imperii vero tercio; datum apud Nurebere per manum Syloi prothonotarii xv. kal. aprilis.

(S.)

25

585.

Erzbischof Konrad bestätigt Namens des Kaisers den durch den Markgrafen Albert von Meißen auf Antrag des Bischofs Rudolf zu Verden eingebrachten Rechtspruch, daß, wenn jemand an einen Dienstmann der Verdener Kirche einen Rechtsanspruch erheben wolle, solche Klage gegen den Bischof vor dem Kaiser, von welchem er Biethum und Dienstmannen erhalten habe, erhoben 30 werden müsse. Erfurt, 1194 Juli 27.

Blüchr.: Kop. (Sacc. XIV) in Cop. II, 125 W. XLIX. Notarchie Hannover.

Gebr.: v. Holenberg, Verdener Geschichte, 2, 58. Böhmer-Wil, Mainzer Regesten XXX, 307.

C[onradus] dei gratia Sabinensis episcopus Maguntine sedis archiepiscopus apostolice sedis legatus universis, ad quos literę iste pervenerint, salutem in eo, qui est salus 35 omnium. Constitutus in presencia nostra venerabilis frater noster Rodolfus Verdensis ecclesie episcopus sententiam postulavit, si forte quispiam in aliquo ministerialium ecclesie sue aliquid sibi iuris adiceret, ubi vel coram quo iudice idem episcopus Br. hac causa

584. a) henricus B. b) Eberhardus B. c) misnensis B. d) Eberh B.

51*

respondere tenetur*). Requisitus igitur a nobis vir illustris Albertus marchio de Misne sententiam dietavit, quod non eorum alio iudice, quam coram domino imperatore, a quo ipse episcopatum et ministeriales cum reliquis attinenciis teneret, deberet respondere. Hanc igitur sententiam ab omnibus, qui tunc aderant, nobilibus liberis et ministerialibus approbatam et nos approbamus et ratam haberi iubemus auctoritate domini imperatoris et nostra firmiter precipientes, ne quis huic sententie contraire et predictum episcopum super huiusmodi causa inquietare presumat, sed, si quid iniris in aliquo ministerialium suorum se habere confidat, coram domino imperatore actionibus experiatur. Data Erfordie vi. kalendas augusti anno incarnationis domini M̄ C̄LXXXIII, indictione XII.

586.

10

Landgraf Hermann bestätigt einige unter Vermittelung des Markgrafen Otto gemachte Erwerbungen des Klosters Pforta. 1194.

Hübner: Kop. Perg. Diplom. Port. fol. 26^b. Bibl. der Landesschule Pforta. Phot. H. St. A. Gebr.: Lepsius, Walleburg 73.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus dei gracia lantgravius 15
Thuringie et palatinus Saxonie. Iusticie dietat ratio, ut religiosos quoque et temporalia
eorum subsidia contra improborum violentias nostro premunire ac defensare studeamus
presidio. Unde notum esse volumus cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris, quod
Ermenoldus venerabilis abbas in Gozk, que abbatia tutele et dicioni ecclesie Bremensi
iure foundationis subiecta est, cum voluntate Sifridi Bremensis ecclesie archiepiscopi et 20
unanimi consensu conventus predictae ecclesie de Gozk [et]* indigentie necessitate com-
pulsus possessiones in Gernstete eidem abbacie attinentes pro restitutione rerum ecclesie
sue, que negligencia et dilapidatione antecessoris sui dampnose distracte fuerant, pro c
et xxx maris mediante illustri Ottone marchione Misnensi Portensi vendidit ecclesie.
Persolvunt autem cedem possessiones singulis annis vii talenta. Sane omne ius ad- 25
vocatie super ipsa bona comes Theodericus de Werbene carnalis frater eiusdem Bremensis
archiepiscopi in manus ipsius archiepiscopi resignavit, quod et idem archiepiscopus me-
diante iterum predicto marchione Ottone Portensi ecclesie imperpetuum contradidit. Quem
etiam vendicionis contractum idem Bremensis archiepiscopus sigilli sui impressione et
ydoneorum testium subscriptione bannique sui auctoritate confirmavit. Quedam etiam 30
bona idem Portenses fratres in eadem villa acquisierunt ab Heinricho de Gernstete et eius
heredibus et ab Hermanno advocatione de Saleke et eius heredibus et ab Manegoldo de
Rode et eius heredibus, que omnia in provinciali placito et coram nobis iudiciali sententia
sunt confirmata. Ut autem hec omnia rata et imperpetuum inconvulsa permaneant, pre-
sentem paginam sigilli nostri impressione et ydoneorum testium subscriptione roboramus, 35

585. a) tenentur.

586. a) et f. h. Dipl.

quorum nomina sunt hec. Meinherus de Werbene. Gotheboldus burgravius. Hermannus de Thuchere. Gozwinus et Gothefridus frater eius de Wange. Ekehardus notharius. Albertus capellanus. Albertus de Muchele. Ekehardus de Domo. Hermannus de Tundorf. Guntherus dapifer. Datum anno domini m̄cc̄cc̄ii, indictione xii.

5

587.

Abt Sifrid von Herrfeld bekundet, wie er dem Kloster Kreuzberg zu der Vogtei über Lindenuu und Zelle, welche Heinrich von Scharfenberg von Landgrafen zu Lehn trug, verholffen hat. 1194.

Blschr.: Or. Pneg. Staatsarchie Marburg. S. des Konvents an Pnegamentsteyfen. Phot. H. St. A. Gebr.: Wenzl, Hess. Landtag III. Urkundenb. 90.

10 : In nomine sanetę et individue trinitatis. Sifridus abbas Hersfeldensis. | Quoniam fragilis est memoria et ad capiendam rerum turbam non sufficit, ne labilis auditus | per incrementa temporum citius, quod percepit, perdat, que nobis medianibus utilitati deo servientium postmodum profutura statuuntur, scripto posteris mandare necessarium decrevimus. Notum sit igitur presentibus et futuris Christi fidelibus, quod nobis solletter
15 collaborantibus de advocatia ville Lindinowe totius ville Cello molendini et piscarie ibidem et unius mansi in Drakindorf dilectus filius noster Reingerus prepositus de Cruceberg et castellanus noster Heinricus de Scharphinberc talem fecerunt contractum. Siquidem Heinricus, quia eandem advocatiam de mann lantgravii tenuit feodum, quo de ecclesia Fuldensi inbeneficiatus erat, unde ipsi annuatim in villa Lupinze vi talenta solvebantur
20 in manus abbatis Fuldensis resignans in restaurum dietę advocatię lantgravio in beneficio porrigi petivit et impetravit. Quo facto Heinricus a preposito nostro et ecclesia Crucibergensi LX marcas accepit et advocatiam liberam et ab omni impetitionis nexu solutam nobis resignavit. Nos vero cupientes commodis et utilitatibus ecclesię nostre pro modulo nostro providere in curia principum Frankimord celebrata Crucibergensi ecclesię nomine
25 prefatam advocatiam de manu lantgravii recipientes eam dietę ecclesię appropriavimus et rationabiliter acitatum scripto presenti confirmantes annuente sacro nostri conventus collegio ecclesię nostre sigillo paginam mnniri iussimus. Huius ordinationis initio et consumptioni hii testes interfuerunt. Uvitelo camerarius noster. Almundus camerarius fratrum. Reinboto capellanus. Laici. Lüdewicus de Frankinstein. Bodo de Boimiburg. Heroldus de Heringen et Gotefridus frater eius. Rudolfus de Gerstungen. Gernotus de Elm bach. Aruoldus de Bigere et frater suus Heinricus de Wilere. Ludewicus burgravius. Volpertus de Milinrod. Volkoldus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis m̄c̄lxxxiij, indictione xi, presidente sanetę Romane ecclesię domino Celestino papa, imperante Heinrico Romanorum imperatore augusto.

(S.)

Landgraf Hermann bestätigt eine Schenkung des Kunemund von Vargula an das Kloster Pforta.

1194.

*Höchr.: Kop. Perg. Diplon. Post. fol. 31^b. Bild. der Leuteschule Pforta. Phot. H. St. A.
Gese.: Lepsius, Roteburg 58.*

5

In nomine domini amen. Hermannus dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Cunemundus de Varila ministerialis noster auctoritate gloriosi Romanorum imperatoris Heinrici et ex bene placito nostro eciam et permissione contulit insulam unam saliceti et foveam eidem insule adiacentem sitas sub monte, qui dicitur Salberg, citra Salam consentientibus fratribus 10 suis, immo simul contradentibus pro remedio animarum suarum monasterio Portensi cum omni dominio et utilitate iure proprietario perpetuo possidendas. Ut autem hec eorum donatio stabilis et inconvulsa in posterum perseveret, cartam hanc inde conscriptam ad petitionem eorundem sigilli nostri appensione iussimus communiri testibus eciam ydoneis subnotatis, quorum hec sunt nomina. Dominus Albertus Magdeburgensis archiepiscopus. 15 Ekehardus prepositus Goslarie prothonotarius noster. Comes Burehardus de Shartuel. Comes Gozmarus de Kyrchberg. Manegoldus de Thannenrode. Guntherus dapifer. Heinricus marscalcus*). Rudolphus pincerna. Christianus Gyrbuch. Acta anno domini M^oC^oXLIII, indictione XII.

20

Erzbischof Konrad I. von Mainz bestätigt die von Abt Sigfrid von Hersfeld an das Kloster Aue gemachte Schenkung mehrerer Kirchen (de cappellis in Geisala et Millebach et matrice ecclesia in Swipurgehusen cum tribus filiabus suis Mazheim, Dageboldishusen et Hildeburgishusen). — Zeuge: Landgraf Hermann und Ekehard von Wartburg (des Landgrafen Truchseß). 1194.

*Höchr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. S. des Erzbischofs an Pergamentstreifen.
Gese.: Wack, Hess. Landesgesch. 3, 90. Böhmer-Wil, Mainzer Regesten XXX, 233 (mit 1195).
Ann.: Vergl. No. 600.*

25

